c.nonnulli.de rescrip.ꝛ in.c.porrecta.de confir.vti.vel inuti.

f ¶De iure contra. Adde Rapha.comensem.consilio.clxix. Fulg. cōsi.
cliiij.et.clvij.et.clxx.

Zacharias. ¶Adde predi. Alexā. consi.xxxvij.colū.ij. per totum.et
consi.cxxxvj.per to.ꝛ consi.lxx.in prin.volu.j.et consi.ccxix.in si. volu.ij.
et consi.cxxv.colum.ij.eo. volu.ij.

a ¶ In.l.humanū. Vide ibi de ꝯstitutione cōciliari pro qua alle. Archi. in.c.j.de cōstitu.in.vj.z Roma.in.l.si vero.§.de viro.in.xxiij.fal.ff. solu. matri. Ana.in.c.cū in diocesi.in vlti.colū.de vsu. Alua. in.c.j.post prin. in titu.de cōsti.feu. Oldr.ꝯsi.cccxxxvj.ꝙ articuli lati. z cōsi.cccxxviij.ad idem primo.ro.ꝯsi.ccccxxxvj.iij.col.ibi:sexta principalis: vitalē i libro de clausulis. fol. v. ante mediū. capram consil.clvij. fuit dispensatū.

b ¶ Legitimatio spurij.adde Pe. de ancha. consil. cxxxvi. ex tenore in prin. Old.ꝯsil. cclvij. factū tale est qdā rex.prope finē. Benedictū capram ꝯsi.clvij. fuit dispensatū in.vij.col.

¶ Adde tu ꝯtra Oldr.z.alle.Ro. cōsi.clxxxiij.

Sebasti. Sapia.

c ¶ De iure. adde ꝙ sunt multi casus in qbus non sufficit dicere nō obstāte lege in cōtrariū faciente vt late hic per Feli. adde casum quez ponit Bald.in.c. naturales. in.iij. col.si de feu.contro.fue. inter do. z agna. in vsibus feudorum.et dñs Abb. hic vult qd quando pnceps rescribit ꝯtra legem habētē clausulam derogatoriam non sufficit certa sed est necessaria mentio illius iuris aduertendū est qd ꝯtra hoc videt etiam deci. Alex.in consi.ccc.in.v.vo.vbi vult qd valet rescriptum principis ꝯcedens immunitatē quādo est apposita clausula ex certa sciētia vel de plenitudine potestatis: licet non dicatur non obstāte.l.vacuatis.C.de decurio. libro.x. q lex habet clausulam derogatoriam ad rescripta.

d ¶ Scienter promouerit idignū. Adde Bal. in .l. īperialis.§.si miles. in principio in versi.ex isto tex.z in fi.ibi.not.etiam argumentum.C.de nup. et glos. in.c.cum autem.in ver.vtrūq.liiij.distinc.et Bald.in.l.rescripta.in.ij. col.ibi:item restituit ad famam.C.de preci.impe.offe. vbi dicit eo ꝙ papa promouet spurium ad gratiam restituit ad famam. et alleg.d.c.cum autem.vide Bal.in.l.impetrata ibi.et ideo fuit questio de facto.C. sen. rescin.non pos.

¶ Adde tu late Oldra.consilio.cccxxv. vsq ad.cccxxxi. Roma. consilio.cxvj.

Anto.Francis. ¶ Circa hoc de spurio promoto.primo dicas qd spuria est infamis:z ideo ad dignitatem pmoueri non pōt:imo nec etiam exercere officiū notariatus:vt p Alex.ple.in ꝯsi.lxxx.i n.ij.pte ꝯsilioꝝ:z ideo ad epatū pmoueri non dz nec pōt:vt in.c.cū in cunctis. de ele. z in c.nisi cū pridē.in.§.ne p defectu.de renun.z in.c.si.l.j.di.z in.c. qui epos. xxiij.di.z in.c.op3.ix.q.j.z in.c.nūc aūt.xxv.di. z in.c. fratrē.lxxxvi. dist. et.xxxvij. et.xxxviij. dist. p totū. et vide text. qūo opor. epi.in.§.j.z in.§. hoc de deo. z p spe.l ti. de ele. in.§.j.et in.§.celebrata.et vide per glo.et Car.in cle.j.de ꝯces.pben.in quibus locis tradunt ea q requirūtur in epo: que oia debent interuenire et ī eo adesse tpe elec. et qn creatur in epm vt in.c.bona. de eta. z qli.z in.c.postulasti. de ele. exco. mi.z habet p glo. in.c.dudum eccle sia rhotomagensis.de elec. Si aūt promoueat qs in epm et ad dignitatē q sit inhabilis:vt pmouens si hz scientiam de inhabilitate pmoti secum dispēsare:vt per Spe. in loco prealleg.et p Car.in.d.cle.j. de cōces.preben.pro quo facit rō: qz q vult ꝯsequens videtur velle z aficedens necessariū data sciētia inhabilitatis et ptāte dispensandi.l. ad rē mobilē. et.l.ad legatū.ff. de pcu. l.ij.ff.de iuris.om. iudic.c.pterea.de of.dele.q ergo pmouet in epm inhabilē si hz facultatē dispensandi z scit eū inhabilē tpe quo pmouet vf secū dispēsare de quo vide ēt p bal. l.l. īperialis. in.§.j.C.de nupt. z in.l.eam quā.C. de fideicō.vbi plene trac.de materia borū spuriorum. Et qs dicat spurius z qs bastardus et qs naturalis.vide eaq plene tra. p bal.z doct.i.l.j.C. de natu.libe.z in.c.cuncta.et in.c.per venerabilem.qui fi.sint legi.

tu vide late p Joā.an. in.c.vnico. iam dicto in nouella.p Bart.in.l.fi.C.si cōtra ius vel vti. publi.et in extrauagan. ad reprimendā. in verbo legibus non obstantibus:aliqd p Bal. in.l.humanum[a].C. de legi. Et qz distinctio Joā.an.est dubia iuuenibus capiendo ipsius mentem prosequere breuissime sic per singula mēbra. Aut rescriptū hz clausulam derogatoriam ad ius: z facit mentionem de iure et vz fm eum siue fiat mentio per verba specifica:siue equipollentia:siue p verba generalia: aut rescriptum non facit mentionē de iure: z tunc aut illud ius hz clausulā derogatoriā:vt hic. z simpliciter tz hic non valere rescriptū. Aut ius non hz clausulam derogatoriā z si emanat rescriptum in forma priuilegij vz: lz non faciat mentionē de iure. Aut emanat p modū rescripti: z tunc aut motu proprio principis et valet fm eum p.c. si motu proprio.de pben. lib.vj. Aut ad instantiā partis: et si ex certa scientia principis valet:alr secus:hec sunt sua dicta in effectu. Et vide ibi iura per que nititur probare hanc distinctionem. Mihi non placent singula membra sua. Et primo quo ad primum dū dicit ꝙ vz rescriptū ꝯtra ius etiā si faciat generalē mentionem. Nam hoc vf ꝯtra istum tex. vbi requirit expressam mentionem. et ideo in hoc membro dicerē sic:qd aut ius hz clausulā derogatoriā z serua formā traditam in iure: nam si requirit specialem mentionem nō sufficit generalis:sed dz esse specialis saltem per verba equipollentia:vt in.l.non aliter.ff.de lega.iij. Hoc dictū etiā limita: vt notanter voluit Bal. post Cy. in.d.l. humanā. vt procedat in rescripto secus in cōstitutione. Nā cōstitutio ꝯtra constitutionem valet facta mentione in generali de constitutione ꝯtraria: vt si dicat non obstante quacūq cōstitutione in cōtrarium. Ad hoc cle.dudū.in fi.de sepul. qz cōstitutio emanat cū maiori maturitate q rescriptum. Aut ius non hz clausulam derogatoriā: z tunc eo casu quo est fienda mentio:qd qn fit statim dicet non sufficit mentio multum generalis:vtputa si dicat non obstante quacunq lege:nec requirit mentio oino specialis sed satis est qd dicat non obstante quacūq lege q in cōtrariū loquit:ita voluit Bar. concordando multas gl.iuris ciuilis in.d.l.fi.C.si contra ius.et hoc quo ad primū. Deinde voluit Joā. and.in scdo membro qd si ius hz clausulā derogatoriam nō valet rescriptum sub quacūq forma impetratū seu ꝯcessum nisi faciat de illo iure mentionem:qd est notandum. Sed declara z limita vt dixi in prin.huius glos. nā sentit aperte qd etiam priuilegium concessum ex certa scientia nō valet: qd satis placet ex quo non facit expressam mentionem de iure derogante. Tertiū membrū est ꝙ priuilegium ꝯtra ius non habens clausulam derogatoriā valet. Dubito an hoc sit verū:et potius credo oppositum p.c.ex pte.j.j.de capel.mo.vbi di qd si papa cōfirmat prioratū religioso claustrali non vz nō facta mentione de iure ꝯtrario. Nā sepe priuilegia emanant cōtra ius ex nimia occupatione principis vel ppter nimiā importunitatem petentium. Et ideo nisi fiat mentio de iure saltem in genere non presumitur princeps velle cōcedere ꝯtra ius.et hoc sentit Barto.in extrauaganti ad reprimendū.et in.d.l.fi. Et ideo alibi dicit gl. ꝙ nō valet legitimatio spurij[b] facta per principem non facta mentione de iure:[c] vt not.in aut.q.mo. na. effi. sui.prope fi.col.vij. Et vide glo. in.l.quo minus.ff. de flu.et ne qd in flumine publico.et in aut.hic inter liberos.C.de testa. Quartum membrum ꝙ rescriptum emanās ꝯtra ius proprio motu valet: lz non faciat mentionē de iure:dubito an hoc sit verum:qz pprius motus solū excludit surreptionē non aūt ampliat gratiā cōtra intentionem concedentis:vt no. Jo.an.in.d.c.si motu pprio. prealle. facit glos.in cle.si romanus. de preben. dixi in.d.c. ad aures.j.eo. De mente principis non est ꝯcedere aliquid contra ius non facta mentione de iure: vt in.d.c.ex parte.facit.l.rescripta.C. si contra ius vel vtili.publi.ergo zc.dictū tn Joā.and.forte

11 seruat in practica z tene illud menti. † Predictis obstare vr.l.multum allegabilis.ff.de excusa. tuto.in l.idē vlpianus.vbi dicit text. qd si princeps sciens aliquem esse tutorē dedit sibi licentiam mutādi domiciliū vf eum absoluere a tutela: lz de ea non fecerit mentionē. Et ex illa.l.colligit ibi no. Barto. qd tantū valet certa scientia quantū dispensatio. Et pondera qz non loquitur qn in rescripto fiebat mentio de certa scientia:sz satis est qd pnceps sciebat illū esse tutorē:et multi legiste p illū tex. solent

d dicere qd si princeps scienter pmouerit indignū[d] vel aliquid facit cōtra ius vf dispēsare:facit.l.quidam consulebant. z quod ibi notat Barto.ff. de re iudi. Sed profecto illa lex non probat id ad quod allegatur:non enim loquit in priuilegio ꝯtra ius sed qn absoluit aliquem ab onere tutele et in facto particulari et sic potius est illud quoddam beneficium absolutionis ab onere q priuilegium cōtra ius. Et hunc intellectū incidenter sentit Bart.ad illam.l.in.d.extrauagan.ad reprimendum. in loco alle.z in.d.l.fi.C.si ꝯtra ius. z hoc bñ not. qz in.d.l. idem vlpianus.non ponitur verus intellectus per docto. ¶ Aliud membrū est qn rescriptū emanat ex certa scientia:et tunc valet cōtra ius fm Joan. an.sed ego multipliciter limito vt apparet ex supradictis. Et adde notabile dictū Bart.in.d.extrauaganti ad reprimendū.vt dicit qd vbi rescriptum emanat ꝯtra ius in fauorem reipublice valet:lz non faciat mentionez de iure. Et tunc videt princeps dispensare ꝯtra ius arg.illius.l.quidam ꝯsulebant.in fi.secus si emanaret in fauorē priuate psone.ratio diuersitatis est.qz iura habēt clausulam derogatoriam in rescriptis:qn emanant in fauorem priuati:vt in.d.l.rescripta. Item psumitur tunc rescriptū surreptitiū vel emanasse ex ni-

e mia occupatione principis:[e] secus si in fauorē publicum. Et predicta bene notabis qz non habes in aliquo loco ita bñ discussum hunc articulum.

12 ¶ † Quero extra gl.quid si reus succubuit in cā principali z appellat nunquid in ipetratione habebitur respectus ad diocesim suam cum ipse sit

f actor in causa appellatiōis[f] an vero ad diocesim appellati cum ipse sit reus in hac causa appellationis. Doc.hic cōiter tenent ꝙ dz haberi recursus ad diocesim ipsius rei originarij et sic in causa appellationis pōt actor trahi vltra duas dietas. Ego existimo qd sit in optione istius rei appellatoris.nā si vult poterit impetrare in diocesi ipsius appellati:qz non hz de quo conqueraf ipse

e Sebasti. Sapia. ¶ Occupatione principis. Hinc est ꝙ ī dubio rescriptum presumif ꝯcessum ad postulationem partis:vt p Bart. in.l.j. C.de pet.bo.subla.li.x.z in.l.j.C.de bo.va.eo.li.z est tex.in.c. si motu proprio.de pbē.z in.l.iij.in prin.vbi Bar.z alij.ff. qd qsq in. z ideo clausula ex certa scientia dz apponi in rescripto adeo qd non pōt pbari p testes:vt p Alex.z.d. Jas. in.d.l.iij.in prin.vbi ponūt qnq limitationes.

f ¶ In cā appellationis.faciūt q ponit iste in.c.dilecti.de excep.z p opinione cōi.vide Cal.in disputatione incipi.statuto ciuitatis.in.iij.colū. appellatus.

a ¶ Appellandi. Adde Cal. consi. j. de arbitris.

b ¶ In practica servaretur opi. Jo.an. hic. idem voluit hic Joã. de imo. et Pet. de ancha. ⁊ distinctionẽ istius sequitur hic do. meus: lz cõtrariũ teneat hic Do. referens Cal. hic dicere qð Bononie fuit obtentũ contra Jo.an. lz opi. eius habeat equitatẽ. Moder. vero hic sequuntur opi. Jo. an. cũ distinctione istius p.l. idez vlpian⁹. ff. de excu. tut. quos oino videbis: sequere tñ in practica dictum Joã.an. ar. c. ij. de rescript. in vj. nisi aliter appareret de intentiõe pape expressa vel ɔiecturata notabis tñ. xj. casus in qbus non habet locum ista exceptio de duabus dietis vna p c. statutũ. §. cũ vero. de rescript. in vj. p Moder. hic in antepe. char. i ver. collige ẽt: inter q̃s casus ponit decimũ in exe 13 cutoribus gratiarum in qbus non habeat locũ. d.c. statutũ. in. §. cũ vero. ibi p archi. ⁊ Bal. hic p istuz tex. in ver. ad iudiciũ. ⁊ p But. et Jmo. hic allegãtes rotã cuz aliis allegatis p eos. q bus adde rotam b deci. cccl xix. icip. itẽ si ĩn cõi forma in hoc titu. in nouis. ⁊ deci. cccxcij. incip. not. qð si in antiquis. ⁊ a contrario sensu i decisio. sequen. ccc xciij. incip. not. ex hoc. et Card. ɔsi. cccij. discutiã pmissa dubia. et in ɔsil. cxxxij. incip. 1 duo. in. ij. colũ. in ver. ad scdm. ibi: 2 dicimus. et Bar. brixien. in reper 3 to. suo in versi. de executore dato: ibi an executor.

appellatus. Potest etiã impetrare in loco nõ remoto vltra duas dietas a dioceſi sua: qr cum ipse sit reus originarius et necessitatus veniat ad appellandum nõ cõpellitur sequi diocesim ipsius actoris originarij. Quia sic indirecte traheretur ad locu remotũ: vnde quẽadmodũ actor originarius potest prosequi appellationem non obstante excõicatione: qr fingitur reus propter necessitatem appellã a di:ᵃ vt in. c. dilecte. et q̃ ibi no. de exceptio. ita dicerem in casu nostro: qr cũ ipse reus originarius necessitetur ad appellãdũ vt defendat se aduersus iniquitatem sñie nõ desinit esse reus: licet ipse procurauerit: ⁊ sic alias in qõne iacti respõdi: tene menti qr sepe accidit. Jdẽ dicunt doc. in cã reconuentionis vt habeatur respectus ad diocesim rei originarij: qð satis plz: qr qs teneretur rñdere in eo loco in quo cõuenit aduersariũ. argu. iij. q. viij. cuius in agendo. et in. l. papinianus. C. de senten. et in. c. j. ⁊ ij. j. de mu. peti. Jdẽ dicit si actor psentauit libellum vel ipsum rescriptum et non curat amplius prosequi. Nam põt reus petere qð procedatur in cã iuxta id qð habetur in aut. qui semel. C. quõ et qñ iudex. et in. c. cãm. de dolo ⁊ cõtu. ¶ † Alterius dicitur qd si in rescripto sit mentio de hac ɔstitutione nũquid reus possit indifferenter trahi extra suã diocesim. ¶ Jo.an. post antiquos vr velle q̄ non: sed solũ p quatuor dietas: vt per istã mentionẽ solum geminentur ille due diete. ar. c. sedes. §. eo. Vbi sub clausula generali cõprehenduntur paria expressis. Do. Anto. dicit qð cũ ante illam cõstitutionẽ non erant diete diffinite: sed indifferenter reus potest trahi et p illã clausulã positã in rescripto non obstante ɔstitutione ⁊c. tollatur ius istius ɔstitutionis ergo poterit reus indifferenter trahi vt olim. Fatetur tñ qð in practica servaretur opi.ᵇ Jo.an. ¶ Ego cõcordando satis eque distinguerem qð aut princeps cõmittit cãm in loco satis noto: et tunc indistincte procedit vltima opi. Quia ex quo papa fecit mentionem de ista ɔstitutione ⁊ cõmisit cãm in loco remoto verisimiliter ex certa scientia vr voluisse vt indifferenter possit ibi conueniri. argu. in d. l. idẽ vlpianus. aut cõmisit in loco verisimiliter sibi ignoto: ⁊ tunc procedit opi. Joã.an. qr non est verisimile qð per verba generalia voluisset papa reum posse trahi ad loca remotissima. argu. opti. in. c. cum in multis. j. eo. lib. vj. reliqua prosequere vt hic per doc.

1 ¶ Mandatum requiritur in impetratione literarum ad lites secus ad beneficia.

2 Coniuncta persona non admittitur regulariter in casibus requirentibus speciale mandatum.

3 Procurator generalis nunquid possit impetrare rescriptum.

4 Ratificari non põt rescriptũ sine mandato impetratum: secus gesta per falsum procuratorem.

5 Ratificari non possunt acta per alium que sunt ipso iure nulla.

6 Rescriptum impetratum sine mãdato an sit ipso iure nullum.

7 Processus factus super rescripto nullo retractatur: licet pars non opposuerit falsitatem rescripti quia ignorabat.

8 Mandatum quod intercesserit vel non: quis habet probare procurator an dominus.

9 Verba enuntiatiua plene probant vbi agitur de modico preiudicio.

Clericus vtrum probatur quis: ex eo quia dicitur in rescripto talis clericus ⁊c.

10 Coniuncte persone que dicantur qð possint agere sine mandato.

11 Spurij an dicantur coniuncte persone.

Sunt ⁊ alij. Non valẽt litere ad lites impetrate sine spãli dñi mandato: nisi impetrentur p ɔiunctã psonã. h. d. Et in prima parte ponit abusum impetrãtiũ. In secũda puidet ibi: cũ aũt. In tertia excipit ibi: nisi. ¶ Casus literalis. In hac scda pte di q̄ alij erãt q nouum genus mercimonij circa literas apostolicas exercebant vt finitas lites suscitarent vel nouas fingerent qõnes: fingunt enim causas ⁊ super illis impetrans lras sine mandato dominoꝝ et illas exponũt venales: qñq3 reo ne ab actore fatigetur: qñq3 actori vt reũ indebite molestet: sed qr tales sunt restringende potius q̃ ampliãde: statuit cõciliũ vt si qs decetero literas impetrauerit sine spãli mandato dñi litere ille non valeãt et ille tan ᶜ q̃ falsarius puniatur nisi forte sit de illis personis a quibus non exigitur mandatũ. Ber. ¶ Not. j. ibi: lites restringende: iuncta glo. qð verba rescriptoꝝ c ad litesᶜ sunt potius restringenda et stricte interpretanda q̃ laxanda: simile not. in. c. ad hoc. vt. §. eo. et ibi dixi. ⁊ tene hoc menti: qr vr ɔtra Jnno. in 1 c. epi. j. de reb. eccle. non alie. ¶ † No. ij. vnũ casum requirentẽ spãle mandatũ. s. in impetratiõe rescripti ad lites. Plures alios casus requirentes speciale mandatũ. vide p glo. no. in. c. q ad agendum. in glo. magna. de pcur. lib. vj. Secus vr in rescripto ad beneficia: qr nullo iure cauetur vt ibi requiratur spãle mandatũ: imo potius vr probari cõtrarium hic p locũ a spãli. Et hoc tenet hic glo. pe. in si. quã bñ no. aliã gl. cõsimilẽ habes. §. c. ad aures. d et tene semp menti istas duas gl.ᵈ qr non sunt alibi: quidã tñ voluerunt cõtrariũ sed primũ verius 2 et cõiter tenetur. ¶ † Vltimo no. vnũ casum in quo

in. d. cle. vnica. in xiij. col. versi. an aũt requiratur. et ibi ẽt late qð laicus põt ad hoc cõstitui procurator. et eadẽ no. ibi Car. in ver. quẽ etiam versus fin. notabis tñ qð cõiuncta psona nullũ habens mandatũ põt purificare gratiã in casu d. cle. vnice. sz rotã in ti. de ɔcel. pben. decis. ix. incipi. itẽ qð purificatio. in nouis: de quo p istum in d. c. accedẽs. i penul. colũ. ⁊ latius hic per Jmol. in iij. colum.

¶ Adde Lapuz alleg. lxx. vbi ponit casus in qbus requiritur speciale mandatum.

Zacharias.

¶ Adde pdictis Rotaz deci. cxlij. incipi. in cã bñficiali. in not. Feli. in. c. corã. q ibi refert istuz. de offi. iudi. deleg. Car. in cle. j. q. vj. de pcura. ⁊ in cle. non põt. q. iiij. eo. tit. Bar. et Alexã. in l. si stipulat⁹ fuerim illud aut illud. de verb. ob. ⁊ eoꝝ est ɔclusio q̄ in spũalibus causis non possit cõiunctus p ɔiuncto sed spãle mãdatũ requiratur: qr in spũalibus non cadit cautio rati. Sed aduerte qð ista eorum ratio non videtur bona admittitur enim in spiritualibus quando dubitatur de mandato procuratoris cum cautione rati: vt est glos. sing. in. c. coram. §. allega. de offi. delega. et probatur in. c. per tuas. de arbi. et in. l. procurator ad exigendum. §. si quis a procuratore. ff. rem ratam habe. et estimabitur: quia si dominus non habet ratum procurator promittet quid certum vt centum nomine pene. tu vide de hoc per istũ ⁊ doct. in. c. corã. §. alleg. vbi videntur cõsentire qð de iuris rigore admittatur in spiritualibus cõiunctus pro coniuncto non tamen impugnant rationem aliorum vt ego hic.

Anto. Frãcis. ¶ Circa istam materiã an ad impetrãdũ vel acceptandum beneficiũ requiratur spãle mandatũ. Dicas q̄ impetratio non venit in mandato gñali. vt p Barto. in. l. iij. in. §. si procurator. ff. qð quisq3 iur. ex quo datur nobis intelligi qð si impetratio nõ venit neq3 cõpꝛehenditur in generali mandato: requirit spãle mandatũ alias sequeretur qð nec gñale nec spãle sufficeret: et q̃ verba requirantur in spãli mandato. ⁊ que etiam requirant spãle mandatũ vltra ea q̃ habentur in. c. qui ad agendũ. de procura. lib. vj. habetur per Bart. in. l. filiusfami. ff. de dona. et in. l. j. §. inter filiũ. ff. de fal. et de hoc an sufficiat generale mãdatum ad impetrandũ beneficium. vide oino Joã.an. et alios post cũ in. c. accedens. de preben. vbi videtur tenere q̄ sufficit generale mandatum: de quo etiam vide per do. de Rota in decisio. cclxxxiiij. in antiquis.

¶ Adde qð. c. statutum. non habeat locum in executoribus gratiarũ. Old. consi. cclxxv. exorta. Car. consi. lxij.

c ¶ Verba rescriptoꝝ ad lites. Vide ho. tex. in. c. p. et. g. de offi. deleg. ¶ Adde Roma. consi. cccxx.

d ¶ Istas duas gl. magnifecit. d. meus in repe. rubri. de rescrip. et in repeti. c. raynaldus. de testa. in. lxj. char. vbi p illas duas glos. dixit q̄ põt amicus impetrare beneficiũ p amico sine mandato. ⁊ dixit hic Host. qð sic tz ɔsuetudo. ⁊ Jo.an. dicit do. suũ sic terminasse in sua disputatione lz diceret curiã tenere cõtrariũ. ⁊ dicunt hic But. Jmo. ⁊ Do. qð hodie iste gl. seruantur de facto ⁊ qð ɔiunctus possit impetrare in beneficiali pro cõiuncto. tex. est in. c. ex ore. de his q̃ fiunt a maio. par. cap. sm eos. ⁊ ibi iste sequitur pdictas gl. in primo no. ⁊ pcedũt dicte gl. in impetratiõe priuilegioꝝ ⁊ immunitatũ sm Ro. in sing. in verbo rescriptũ. hñ faciat glo. in. c. quã sit. in ver. petere. ibi: sed pone qð amicus. de elec. in. vj. que dicit qð amicus põt nole electi petere ɔfirmationẽ sine mandato dũmõ electus ratum habeat. ⁊ sequitur ibi Do. facit etiã tex. cũ glo. in. c. accedens. j. de preben. ⁊ ibi do. Aduerte tñ qð lz non requiratur speciale mandatũ ad impetrãdũ beneficiũ requiritur tñ ad acceptandũ sm Rotam in isto tit. in deci. lxij. inci. notat paulus: in antiquis: vbi dicunt qð procurator gñalis nec cõiuncta persona nõ potest acceptare nisi sup hoc habeat mandatũ. et alle. Paulum in cle. vnica. in ver. acceptandũ. de concess. pben. vbi idẽ sentit gl. in verbo psenti. et vide Rotã in ti. de procur. cõclu. xxvij. incip. an procurator. in antiquis. ⁊ eo. titu. deci. vlt. in antiquioribus: sufficit tñ q̄ mandatũ dicat gñaliter ad acceptandũ beneficium: lz nõ dicat de tali bñficio sm istũ. ⁊ Jmo. in. d. c. accedẽs. ⁊ Pau.

a ¶ Potest explicare p cōiuncta. Adde Car. in cle. vnica. in versi. quem etiam. ppe finē. de cōcessio. pben. post Pau. ibi et oēs in.l. exigendi.C. de procura. et plene per Moder. hic limitantes sex modis. in. xxiiij. colum. in versi. fallit octauo. ꝛ vide alia priuilegia coniuncte persone per Romanum in.l.j.ff. in ius vocati vt eant.

Sebasti. Sapia.

b ¶ Spāle mandatū. Vide oīno.d. Jas. in.l. exigēdi. § ver. qnto fallit. C. de procurato. vbi allegat text. i c. accedēs.j. de pcura. vbi pr in cā matrimoniali si lic interuenit vt ꝯiuncta persona ad agendū. et gl. in.c. cū pridē. in glo.ij. iuncto tex. j. de pac. sup quibus cogita.

¶ Jo. and. Vide Jo. an. in.c. capitulū.j.e. vbi dicit ꝙ bñficia sunt late interpretanda sz ad lites stricte. vide ibi. Andre. Barba.

Sebasti. Sapia.

d ¶ Qđ non. vide Abb. i.c. si.j. de excep. vbi pōderat ibi tex. vide etiā Abb. in.c. ex pte decani. in vltimis verbis.j.eo.

e ¶ Pōt ipetrare. Adde ꝙ habens mandatū ad ipetrādū nō pōt litē ꝯtestari. vt voluit Ro. ꝯsi. cccxx.

f ¶ Sed dictū glo. et doct. Vide hic Cōpo. do. meū et moder. faciat qđ voluit Spe. in ti. de rescrip. presenta. §. rōne aūt impetrantis. ver. sz nunqd pcurator. ꝛ Bal. h in fi. post collecta. ꝛ inquātū iste dicit ꝙ pcurator pōt corā eo cām prosequi vel corā delegato ab eo. arg. in.l. ad rē mobilem. ff. de pcur. in superioribus verbis positis ante hāc apostillam. adde hic Jmo. ꝙ mandatum extendit ad executiua vel incidentia et exigētia spāle mādatū: ꝛ facit fm eū.c. scise itata. de resti. in integ. vbi est etiā bo. gl. in ver. postulauer. ꝛ ibi scribentes. ꝛ vide Pau. de ca. ꝯsi. xxvj. ꝛ Moder. in.c. cām. de re iudi. ꝛ aliqd p eos hic in ver. cōsidera bene. in. xvij. col. huius. §.

ꝯiuncta psona pōt explicare p cōiuncta [a] id qđ reqrit speciale mādatū tñ regulariter cōtra. Nam coniuncta persona potest agere pro cōiuncta sine mandato dūmodo caueat de rato. et casus nō requirat spāle mandatū: vt probat in.l. sed et he. ff. de pcura. iuncta.l. pomponius. in fi. ff. eo. et in.l. litud. et.l. patri. ff. de mino. Hic dicit Spec. in tit. de cōiuncta psona ꝙ coniuncta psona non admittit in causis spālibus: qr in illis requirit spāle manda
b tum.[b] et idē no. do. de Rota deci. cxxxv. et not. Inno. in.c. corā. de offi. deleg. vbi latius dicam. ¶ In glo. in verbo: restringende. ibi: nisi indulgeant be
c neficia. Jo. an.[c] exponit bñficia.i. priuilegia: quia si p rescriptū impetraret beneficiū ecclesiasticū: tūc fieret stricta interpretatio: vt in.c. quāuis.j. de preben. lib. vj. Hoc vltimū est verū sed in eo qđ exponit beneficia.i. priuilegia nō procedit indistincte: sed debet intelligi de priuilegijs ꝯtinentibus gratiam odiosam. Nam si cōtinerent aliqd contra ius cōe vt veniret in preiudiciū tertij deberet fieri stricta interpretatio: vt in.l.ij. §. si qs a principe. ff. ne qd in loco publi. et in.c. sup eo. de offi. dele. et in.c. j. ꝛ. ij. de filijs presbyte. lib. vj. et in.c. qđ dilectio. de cōsan. ꝛ affini. et plene p doct. in.c. olim. de verbo. signi. et p Bar. in.l. fi. de cōstitu. princi. Et sic solue cōtrariū qđ potest formari de princi. huius.c. nam papa cōcedendo rescriptū facit gratiā ꝛ sic indulget beneficiū: qr beneficiū generaliter sumptū est beniuola actio gaudium tribuens capientibus: vt in.c.j. qbus mod. feu. amit. in lib. feudorū: nam fatēdum est hoc esse gratiosum sed gratia ista est odiosa inquantum venit in preiudicium tertij ꝛ prebet materiā litigandi: et ideo dz stricte interpretari et vide gl. in.c. si canonici. de offi. or. li. vj. ¶ † In gl pe. diuide istam gl. in quatuor partes principales. Primo namqz querit nūquid generalis procurator possit valide literas impetrare. ꝛ cōcludit glo.
d ꝙ non:[d] qr requirit speciale mandatū. Idem tenet Compost. dicēs ꝙ si pcurator habeat mandatum ad agendū ꝛ ad defendendum non pōt literas impetrare. Et idem Spec. in tit. de rescrip. presentatio. in. §. ratione quoqz ipetrantis. in prin. ibi tñ dicit qđ si qs hz mandatum ad prosequendā ap
e pellationem potest literas impetrare[e] qr p impetrationē prosequitur appellationē: vt in.c. ex pte .eo. ¶ Ego aliter distinguerem aut enim procurator generalis vult ipetrare in personam dñi. et procedit dictū glo. et doct. Aut vult impetrare in personam propriam tanqȝ procurator in cā quam potest prosequi ex generali mandato: et tunc dico eū posse impetrare: qr sicut in gñali mandato pōt agere: vt in.c. q generaliter. de procur. lib. vj. ita et impetrare. Nam papa est ordinarius cunctorum ergo procurator pōt corā eo cām psequi vel corā delegato ab eo. Facit in arg.l. ad rem mobilem. et l. ad legatū. ff. de procura. et.l. cui iurisditio. de iuris. om. iudi. Itē hoc casu cessat ratio huius.c. cum ipse has literas non posset alteri tradere cū impetrauerit in personam propriam tanqȝ procurator. Ad hoc bonus tex. in.c. cum olim. et qđ ibi not. de cā pos. et proprie. Item iste casus potest cōprehendi. in fi.c. nam iste text. loquit in penitus extraneo ꝛ forte ꝙ doc. aliter non senserunt: sed dictum glo.

g ¶ In falso cōmisso corā principe. Vide hic Car. et do. meū post istum et plenissime p Moder. hic. in. iij. ampliatione ꝯtra Bal. in.d.l. falsus. ꝛ vide Bal. in.l. iulianus. in vlti. col. in ver. qđ ego dico qđ ista rō. si. q satis. cog. an possint ratificari gesta p falsum procuratorē q dolose mentitus est se esse pcuratorē siue corā pncipe siue corā inferiore. ꝛ nūqd ratificatio sup ueniens validet ipetrationē de qbus hic pulchre p Moder. ¶ Adde iate Alexan. consi. xxxij. et. cx. j. lib.

h Sebasti. Sapia. ¶ Annus index. vide Bar. i.l. obseruare. ff. de offi. procō. ꝛ lega. vbi dicit ꝙ qñ aliqd non potuit a principio aliquo iure valere ratihabitio non pōt retrotrahi nec equiparatur mandato.

i Sebastia. Sapi. ¶ Futuri tpis. Non tñ ꝙ ēt verba futuri tpis intelligunt ipso iure quando sunt aliqua verba pcisa. not. Bar. in.l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. ecc. ꝛ in l. imperator. ff. de iure fi. ꝛ.d. Jas. i l.ij. col. v. C. de iu. emphyteo.

f ꝛ doct.[f] debet restringi modo pdicto. ¶ † In scda
4 pte que incipit ibi: sed nonne. glos. opponit. videt enim qđ possint iste litere ratificari p approbationem dñi: qr ratihabitio retrotrahitur ꝛ mandato cōparat: vt in regula ratihabitio. lib. vj. Itē iudiciū agitatū per falsum procuratorē pōt dñs ratificare: vt in.l. licet. ff. de iudi. ergo et litere. Glo. cōcludit qđ non possit ratificari: sed formaliter non soluit cōtrarium: ꝛ ꝯclusionē glo. sequunt hic cōiter doc. et tz Inno. in.c. ex parte.j. eo. Bal. in.l. falsus. C. de furt. dixit speciale esse in falso cōmisso co
g ram principe:[g] vt in detestationem actus non possit ratificari. Et ex hoc colligitur solēnis limitatio ad iura q̄ dicunt ꝙ gesta p falsum pcuratorē psūt rata haberi: vt non procedant in gestis falsis corā principe. Sed certe.l. iij. in. §. falsis. ff. rem ra. ha. et l. lz preallе. hanc restrictionē non vident admitte
5 re: alij aliter soluunt. † Ego puto qđ verissima solutio sit qđ non possint ratificari: qr hoc non fuit inductū in fauorem actor sed in fauorē cōuenientis ꝛ reipublice: vt satis colligit ex text. Ideo non potest actor supplere ex postfacto id qđ non depēdet a cōsensu suo: facit.c. ꝯtingit.j. de sen. ex. ꝛ in.c. si diligenti. de fo. cōpeten. Et no. dictū Inno. in.c. prudentiam. de offi. dele. vbi dicit qđ non oia gesta nomine meo possum rata habere. Vñ si vnus
h iudex[h] noīe alterius iudicio iudicaret inter subditos illius non pōt proprius iudex illud iudicium habere ratū fm eum. Quia iudiciū corruit ex defectu solēnitatis que nihil valuit coram suo iudice supplere autem defectum solēnitatis substātialis non dependentem a facultate iudicis: ideo non potest ratificare: ita dicendum in pposito. Item si diceremus ꝯtrariū vana esset prouisio huius text. qr actor literas quodāmodo emendo ratificaret im
6 petrationem. ¶ † In tertia parte q̄ incipit ibi: sz nunqd litere. glo. querit an litere iste sint ipso iure nulle: ꝛ cōcludit qđ tam in casu pcedenti qȝ in casu huius. §. litere teneant sed sunt annullande p exceptionem: ꝛ ideo si pars non excipit valebit processus. ¶ Aduerte quo ad primū casum huius.c. glo. olim dixit verū sed hodie litere sunt nulle per c. statutum. in fi. §. alie. Sed dubitatio remansit in casu huius. §. ¶ Joā. an. et doc. vsqz ad tps suum transiuerunt simpliciter cū hac glo. sed do. Anto. et do. Cardi. cōtra. qr cum iste litere non psūt ratificari vt dictum est: ergo sunt nulle. Ego sum solitus sustinere glo. qr text. loquitur hic p verba fu
i turi temporis[i] et non presentis: vt ptz ibi: non va
k leant:[k] ergo non sunt nulle ipso facto iuxta theoricam glo. in regula in penis. de regu. iur. lib. vj. et dixi plene in.c. si diligenti. de fo. cōpe. ꝛ per glos. et Bar. in.l. in criminali. C. de iuris. om. iudi. ¶ Ad idem allego tex. optimū iuncta glo. et Barto. in.l. vniuersa. C. de preci. imper. offer. vbi per verbum non valeant non inducitur nullitas ipso facto: et ad hoc tenebis semp menti istum tex. cum illa glo.
7 iuncto text. ¶ † Posset tñ dubitari quid si reus ignorauit nunquid possit saltem postea facere retractari processum: et posset attentari ꝙ sic quasi iste litere sint obtente dolo ꝛ per obreptionem impetrantis. iuxta q̄ dixi post Innoc. in.c. cum dilectus. §. eo. ꝛ qđ legitur ꝛ no. in.l. si pretor. in. §. mar

k ¶ Nō valeāt. nō qd hec verba importent ipso iure est decisio Inno. Compo. ꝛ cōiter doc. oium in.c. qr propter. de ele. ꝙ sic: p illum tex. in ver. non valeat. ꝛ ibi p istū in versi. vel saltem. in. iij. colū. ꝛ ibi Do. in vj. col. ver. venio. versi. vel saltē. sed p opi. Bart. in.l. vniuersa. hic allegata. vide Joan. an. in Spe. de fide instru. §. cōpēdiose. versi. itē vide si est ibi clausula sup ver. nō valeat idē tz Bald. in.c. cū ordinem. in. viij. col. versic. item ex predictis habes. §. eod. per d.l. vniuersa. idē sentit Tho. fasto li dubio rote. xxgij. incip. secundo dubitat. idē do. Ber. dūz allegat l. diuus. §. licet. ff. de codicil. opi. tamē possunt cōcordari fz Moder. hic per do. Bar. in.l. si quid. C. de can. fru. lib. xi. tu adde moder. hic. istum in.c. nomine domini. in vlti. not. de testi. gl. et Imol. in.c. dispēdiosaz. in ver. valeat. de iudi. et dixi in no. meis. in litera. v. in verbo valeat.

¶ Adde Angel. cōsi. xxxvij. Cald. consil. x. de verb. obligatio. Andr. sicu. cōsi. xij. Roma. consilio. ccccxxvij.

Anto. Francisc.

¶ De hoc vtrum verbum: non valeat: importet actus nullitatem ipso iure vel ope exceptionis. Dicas qđ importat ipso iure: quia ista verba intelliguntur nō valeat. s. in effectu. vt per glo. in.l. vniuersa. C. de preci. impera. offer. hic alleg. pro quo facit quia verba priuatiua que sonant in presens non requirunt sententiam. Sed trahunt secum executionem: que autē sonant in futurum illa bene requirunt sentētiam. vt in.l. iubemus. C. de sacrosan. ecele. ꝛ in.l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudi. ꝛ in.l. si quis. C. vnde vi. ꝛ aduerte quia concor. Ange. hic alleg. per istum. est consi. xxxv. inci. in nomine domini amen pro diuisione quesitorum premitto. pc. colum. vbi pulchre loquitur in materia.

cellus. ff.

a ¶At falsarius. Adde Bal. But. et Imo. hic. ꝛ dicit hic Bal. inferens ex dicto Egidij ꝙ si statutum disponit vt aliqs puniat̄ tanq̄ falsarius non intelligit̄ de pena. l. cornelie. ſ3 de pena arbitraria quā referunt hic Moder. in. xi. col. in ver. dicit tñ Joā. an. tu vide de hoc do. meū in. c. cū olim. cl. ij. in pe. col. ver. itē ego pondero. de offi. dele. vbi alle. dictū bal. hic. et remittit se ad notata in .c. olim. J. eo. Adde And. sicu. consi. glvj. Anto. Frācis.

¶Circa hoc qñ lex vel statutū dicit ꝙ aliquis puniatur tāq̄ talis puta tanq̄ falsarius vel tanq̄ homicida an debeat puniri pena ordinaria delicti ꝛ sic an dictio tanq̄: denotet omodā similitudinē vel poti⁹ denotet similitudinē in genere ꝛ non in spē vidẽda est gl. in ver. tāq̄. in. c. solite. de maio. ꝛ obe. et alie glos. in. l. si pr̄. in. §. q duos. ff. de adop. ꝛ hr̄ p Bar. in. l. oēs populi. in. vj. q. pn. l ver. nota dictionē tanq̄. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝛ p Bal. in. l. apud antiquos. circa mediū. l ver. circa h. C. de furt. ꝛ in. l. j. in. j. col. C. de heredi. institu. et in l. meminimus. in ver. nota dictionē tanq̄. C. de leg. here. et p Bar. in. l. j. in vlti. col. in ver. nota dictionē tanq̄. ff. de offi. eius cui manda. est iuris. ꝛ in locis p̄dictis dr̄ qđ aliqñ est expressiua veritatis aliqñ est nota similitudinis. de quo vide plene p Alex. de imo. in. l. pecunia. ff. si cer. pe. ꝛ in ꝯsi. xxix. in quarta parte cōsiliorum. ꝛ vide do. Car. in cle. j. in si. ff. de vsuris.

cellus. ff. de indi. Et ad id qđ dr̄ in tex. ꝙ impetra-
a tor punit̄ vt falsarius^a qꝛ vere non est falsarius qꝛ litere sunt vere. Unde exponit Joā. and. tanq̄ falsarius. i. tanq̄ impetrans p falsi expressionē. Ego dicerē qđ iste cōparat̄ falsario generaliter ad hoc vt puniat̄ sed non in quātitate pene: nā is q obripit principi d3 puniri: vt in. l. et si legibus. C. si con-
b tra ius vel vti. publi. facit. l. si quis obrepserit^b. ff.
8 de fal. ¶† In quarta pte que incipit ibi: sed qs d3 probare. gl. q̄rit cui incūbat onus probādi an dño asserenti dedisse mandatum an aduersario neganti. Et primo arguit ꝙ incūbat dño. secundo ponit opi. Joā. an. q in effectu distingit ꝙ in casu appellationis presumat̄ impetratorem habuisse mādatū. Sed in causa principali distingit: quod aut in rescripto dr̄ illū fuisse procuratorem et presumendum est mandatū: secus si nihil dr̄. Dicit Joā. an. quo ad precedēs membrū siendam esse differentiā inter verba assertiua ꝛ verba narratiua seu enunciatiua p id qđ habet̄ in cle. literis. de probatio. et in. c. si papa. de priuileg. lib. vj. Quasi dicat qđ si dr̄ procurator per verba enūtiatiua illa verba assertiua tūc probant: vt. d. cle. literis. Hostien. instat. ꝛ tandem dicit hoc fore arbitrariū inspecta qualitate psonarū. Gof. dicit quod si a principio ante impetrationē obijcit̄ de defectu mandati: d3 tūc probari mandatum sed ex postfacto admittitur exceptio. Sed ẽl in. et Pet. dicunt hoc verū vt admittatur exceptio quo ad hoc vt onus pbandi transferat̄ in aduersarium: secus si obijciens vellet postfactum probare defectum mādati. Quod poterit probare per confessionem partis vel probādo reuocationem procuratoris. Et hoc vltimū dictum est quasi cōmune ꝛ bene posset seruari in practica: sic posset limitari dictū gl. huius. in si. Sed ego distinguerem ꝙ aut impetrator narrat̄ pcurator p verba assertiua et hoc clarū: aut p verba narrati-

b ¶L. si qs obrepserit. p intellectu illius legis. vide Bal. in. l. si vt ppo- nis. in si. la. ij. C. quō ꝛ qñ iu. in si. ꝛ in. l. qcūq3. ppe finē. C. de ser. fu. quem sequunt̄ moder. i lib. malefi. fo. xviij. i. iij. col. ꝛ vide eūdē bal. i. l. debuit. C. de infa. ꝛ Bal. in. d. l. j. in vlt. col. ver. ſ3 ego dico ꝙ ista rō. q satis. cog. ¶Adde Fulgo. consi. clxix.

c ¶Sequor glo. hanc ptē t3 hic do. meus. ꝛ adde Pau. de eleaza. in cle. j. de proba. quē sequit̄ But. ꝛ ibi Imo. in. vj. colū. ꝛ vitalis in lib. de clausulis. fo. lx. ver. si vero verba enuntiatiua. ad idē faciūt verba Lapi. alle. vij. incip. disputat an litere: vbi adducit cōsi. Fede. cvij. inci. casus talis est Joānes impetrauit: quem Fede. sequunt̄ hic But. ꝛ Domi. ꝛ respondet Lap. ad dictam clem. si summus. de sen. excom. sup quam se fundant Jo. an. But. et Domi. hic cōtra glo. magna hic ad si. quam sequitur etiam Imo. hic. et in. c. ex parte. in pe. col. j. eo.

¶Adde qđ Ro. cōsi. liij. dicit qđ verba assertiua ꝙ aliqs fuit procura. probāt ꝯtra ipsum ꝛ an verba narratiua pape in rescriptis probāt. vide Alex. ꝯsi. lxxxvij. Ro. ꝯsi. ccciij. et ibi dicit qđ papa nominans aliquē sub noīe dignitatis non ꝯstituit illū in dignitate. ꝛ vide Alex. ꝯsi. vj. Anto. Fran. ¶Utrū verba enūtiatiua pape siue narratiua vel etiā ab alio prolata probent et inducant dispositionem vidende sunt q̄ plene tractant̄ p scribentes post tex. et glo. in cle. literas. de probatio. ꝛ per Bal. Sali. et Pau. de ca. in. l. ex his verbis. C. de testamen. mili. vbi plene examinatur ista materia.

d ¶Coniuncta psona. Uide istū. J. in. iij. no. ꝛ Spe. in ti. de ꝯiuncta psona. vbi nō admittit̄ cōiuncta psona in causis spūalibus: de quo p istum in. c. corā. de resti. in integ. ꝛ p Car. post Pan. in cle. vnica. ver. quē. ppe finē. de cōcess. p̄bē. ꝛ p doct. in. l. exigendi. C. de pcura. et in. c. ex pte decani. j. eo. et no. in. c. si. de postu. et que dicantur cōiuncte psone. vide Alex. in. d. l. exigendi. et dominū meū in repe. l. cū acutissimi. fo. iiij. xv. et. xiij. C. de fideicom. et Alex. in. l. ij. ff. de accusa. in apostil. et Cardi. in cle. causam. §. verum. j. q. de electio.

¶Adde vsq3 ad quem gradum dicatur coniuncta persona. Alex. cōsi. liij. ij. lib. et quis preferatur cum plures eque coniuncti agere volunt p eundem consi. xxvj. ij. lib.

Zacharias. ¶Adde eundē cōsi. lx. col. ij. circa finē. vol. ij. ꝛ cōsil. ij. colum. ij. p totū. vol. j. Dy. ꝯsi. viij. incip. ꝯsiderata. Pau. de ca. ꝯsi. clxxxi. et an trāsuersales vltra fratrem. Bal. ꝛ doc. in. l. exigendi. in si. ver. quero quid in transuersalibus. et ibi Fulgo. C. de procur. Inno. hic in glo. sua. in verbo personis. vbi dicit qđ veniūt oēs persone vsq3 ad gradum successibilem. idez tenet Barto. in. l. sed et hc. in princi. in. j. q. ff. de pcur. vbi dicit qđ veniunt omnes psone numerate. l. l. j. §. si. ff. de postu. ſ3 debuit allegasse. l. cui eorum. §. affinitates. eo. titu. ꝛ cum Imol. not. idem in. l. cū alienam. in fin. et ibi Alex. C. de lega. Anto. Francis.

¶Circa hoc de ꝯiuncta persona an ꝛ qñ admittatur pro cōiuncta. Dicas ꝙ admittit̄ in casibus i quibus sufficeret generale mandatū nō alias: vt plene p Alex. in. l. patri pro filio. ff. de mino. ꝛ vide. d. Car. in clem. j. in. vj. q. de pcur. et in cle. j. in. §. quē etiam. de ꝯcess. prebē. Et adde ꝙ qñ causa requirit spāle mandatum cōiuncta persona non admittit̄ pro ꝯiuncta etiam si habeat interesse cōe cum ea. ꝛ etiam cū cautione de rato. vt per Bart. in. d. l. patri cū filio. nec admittit̄ in causa beneficiali nisi ad defendendū absentē citatum ne priuet̄ beneficio: vt p do. de Rota in deci. cxlv. incip. in cā. in no. et in deci. ccccxxxuij. incip. Si cōmittat̄: vbi etiā dicunt ꝙ post litem cōtestatā non substituit. Et adde qđ cōiuncta persona nō admittit̄ pro cōiuncta in his q̄ requirūt spāle mandatum vt dictū est: nisi talis ꝯiuncta persona esset legitimus administrator vt tutor vel pater vel auus: qꝛ tunc admittit̄ etiā in requirentibus speciale mandatū: vt per Ang. post glo. et Bar. in. l. j. C. etiā per procur. et p Alex. in. l. patri. prealle. ff. de mino. et generaliter an et qñ cōiuncta persona admittat̄ pro coniuncta persona. vide p Spec. in ti. de cōiun. perso. et in tit. de aduo. in. §. j. in versi. sed iuste. ꝛ in ti. de rescripti presenta. in. §. ratione aūt impetrātis. circa prin. et p Barto. in. l. maritus. C. de pcur. et in. l. non solū. in. §. qui alieno. et ibi glo. or. de procur. et vide dño Alex. in. l. exigendi. in. iij. notabili. hic alleg. vbi ponit regulam affirmatiuam: ꝛ deinde ponit. xi. notabiles limitationes in quibus non admittit̄ cōiunctus pro cōiuncto: ꝛ tene menti qđ cōiuncta persona admittitur pro cōiuncta etiā sine mandato ad petendum cōiunctū eximi de carcere pro quo vide pulchrū ꝯsi. Roma. ccxxiij. incipi. spectabilis ꝛc. in vlt. col. vbi dicit de hoc esse singularem tex. in. l. iij. §. si mulier vel pupillus. ff. si mulier ventris nol. et qui veniant appellatione cōiuncte psone in proposita materia: ꝛ an etiā cōprehēdant̄ affines vltra ea que habentur in. d. l. sed et hc. ꝛ in. d. l. exigendi. vide tex. in. §. ceterū. et ibi Ange. Are. insti. de legi. agna. succes. ꝛ no. p Bal. in. l. reprehendenda. C. de insti. et substi. ꝛ in. l. cū maritū. C. de sol. et in. l. manifestissimi. in. §. si. C. de fur. vbi ēt ponit qd de viro ꝛ vxore. ꝛ in. l. cum alienā. C. de lega. vbi ponit qd de cōiunctis cōiunctiōe sacramentali. et vide Bal. in. l. id qđ pauperibus. in vlti. colū. in ver. illud cōstat. qđ appellatione cōiunctorū. C. de epis. ꝛ cleri. ꝛ vide gl. in cle. j. in ver. liberi. de baptis. ꝛ vide p Spe. in ti. de ꝯiun. perso. in prin. ꝛ ibi Jo. an. in additio. ꝛ Bald. in. l. j. C. q accusa. non pos. et per Imo. in. l. ex facto. in. §. j. si qs rogatus. ff. ad trebel. ꝛ ibi p do. Alexā. per multa ad hoc alle. ꝛ p eundē in. d. l. exigēdi. in. ij. col. in ver. que dicant̄ ꝯiuncte psone.

na ꝛ puto qđ idem quo ad hoc vt transferat onus
9 probandi in aduersarium. † Et in hoc sequor gl.^c
c cōtra Jo. an. et moueor: qꝛ vbi agit̄ de modico preiudicio verba enarratiua seu enūtiatiua plene probant maxime cum alia presumptio non sit in contrarium: de hoc est glo. no. in. c. cū olim. j. de censi. iuncto tex. et t3 ibi Inno. Facit no. glos. in. c. illud. de p̄sumptio. et maxime pcedit hoc casu vbi narratum est de substantia actus. arg. in. l. optimā. C. de contrahen. et cōmit. stipu. Et vide ad hoc pulchram questionem positam p Joā. an. in regula l3 actor. l. in mercuria. Ubi q̄rit̄ nūquid p literas beneficiales in quibus narrat̄ quis clericus probet̄ clericatus. Si vero in rescripto nō dr̄ istum impetratorem esse procuratorē sed verba sunt relata in personam dñi: tunc prima fronte presumēdū est dñm impetrasse: qꝛ non presumit̄ submissa persona. ar. in. l. cū ita stipu. in. §. chrysogonus. de verb. obliga. Aut probat̄ aliū impetrasse illas literas: ꝛ tunc puto ꝙ de iure etiā ex postfacto deberet admitti exceptio defectus mandati ꝛ onus probandi incūbit dño. Quia cū mandatum sit quedam solēnitas extrinseca non presumit̄ nisi probet̄: vt in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. vj. et in. l. quicunq3. ff. de publicia. per Bar. in. l. sciendū. ff. de verb. obli. et per Inno. in. c. innotuit. de eo qui fur. or. susce.
10 ¶† In gl. si. ibi: sed ꝛ hc. ibi numerant̄ liberti parentes fratres et affines: et aduerte: qꝛ iste articulus est multū vtilis nō solum ad materiā istius. c. sed etiam ad materiam illius. l. sed ꝛ hc. Ubi dr̄ qđ coniuncta persona potest agere pro cōiuncta pso-
d na^d sine mandato. Et dubitatur que dicant̄ cōiun-
e cte psone.^e Nam dicūt aliqui qđ text. enumerat illas personas causa exempli non autē qđ voluerit alios cōiunctos excludere. Nam ea q̄ ponuntur cā exempli non restringunt regulam: vt in. c. j. ne cleri. vel mona. ꝛ in. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. et

f ↪Sebasti. Sapia. ¶Coniuncte psone. Adde ꝙ dr̄ psona ꝯiūcta quelibet ex linea transuersali vsq3 ad decimū gradum no. Bart. in. l. ij. ff. de

accusa.facit.l.patri.in prin.ff.de mino. Itē qlibet amicus nō leui amicitia cōiunctus. Bar.in.l.nō solum.§.qui alieno.ff.de procura.nā illud qđ disponitur inter cōiunctos ratione sanguinis habet locū etiā inter amicos iunctos magna amicitia glo. in.c.requisisti. cum glos. in.c.ij. in glo.pe.de testi.vide late.d.Ias.in.d.l.exigendi.col.ij.C.de procura.

a ℭ Consuetudinem patrie. Adde Car.hic.

b ℭ Affectionem. Faciat glos.ij. in l.vt vim.ff.de iustitia ⁊ iure. dum dicit affectionem considerari quaꝫ allegat Bald. in d.c. postremo. et facit tex.in.l.cum allegas.C. de castren. pecu. li.xij. in versi. affectioni paterne. quem allegat Bald. in l.j. in .xix. colum. versicu. super tertio.C.q accu. non possunt.

ℭ Adde Bald. consil. cxix.v. lib. vbi dicit qđ stante statuto qđ illis de domo vsqꝫ ad quartuꝫ gradum licitum sit vindicare mortem patris ꝙ filius spurius poterit vindicare.

c ℭ In.l.parentes naturales. Adde Imo. cōtra Innocen. hic in.l.ex facto.§. si qs rogatus.ff. ad trebel.et ibi Alexā. xxij.col.et Bart. in.l.j.⁊.ij.ff.de accusa. et Bald. in l. neganda. in fi. C.qui accusa.non pos. et Moder. hic. in.v. limita. in versi. excipiuntur.⁊ in versi. predictis. qui declarat quid veniat appellatione cōiunctorum et appellatione suorū. et vide Bald.in c.decetero. in fin. de testa. et in .l.j. in.ij. colum.C. q accusare nō possunt. ⁊ Barto. in l.hos accusare.§. omnibꝰ.ff. de accusatio. et in.l.cū secimus. ad fin.C. de agrico. et censi. libro.xj. ⁊ Ange.in.l. vxoreꝫ.C. qui accu. nō pos. ⁊ vide oino no. p docto.in.c.in presentia.de proba.

in.c.inter cetera.ꝭ.eo. Unde Inn. refert hic quosdam dicere ꝙ coniuncti dicūtur quo ad illam.l.et istud.c.oēs consanguinei p lineam masculinā ⁊ femininam oēs qui admitterent ad successionem ab intestato.Et probāt isti hoc mō:illa.l. sed ⁊ he. facit mētionem de affinibus sine gradu ergo fortius debent admitti consanguinei citra fratres q sunt nobis magis cōiuncti q̄ affines.Et hāc opi.attribuit Bar.Jano.et eam sequi videtur in.d.l. sed et he.Sed certe Jano.non firmat pedes nec originaliter fuit sua opi.vn̄ recitat aliquos tenere ꝙ ascēdentes et descendentes admittant in infinitū.p.l. liberoꝝ.ff.de verb.sig.et qꝛ hoc vꝫ velle tex. in.d.l. sed ⁊ he.sed in collateralibus solum admittuntur fratres ⁊ sorores:qꝛ de fratribus solum cauetur in d.l.sed et he.Nec ob.qđ dixi de affinibus: qꝛ dꝫ intelligi qđ admittātur ascendentes et descendētes dumtaxat:vt socer ⁊ prosocer: gener et progener. Unde dicunt ꝙ affinis collateralis non admittiꝛ et sic sororius.i.habens sororem in vxorem non dꝫ admitti.et sic trāsit Inno. nullam aperte opi. approbando vel reprobando. ℭ Compo. dicit curiā admittere cōsanguineos vsqꝫ ad tertiū gradū inclusiue. Host.dicit ꝙ debēt admitti vsqꝫ ad quartum quo ad dispositionē huius capituli. Sed non sic large assumeꝛ quo ad illam.l. sed et he. quia hic agiꝛ de minori p̄iudicio.Ego credo cōsiderandam
a conditionē ⁊ ꝯsuetudinē patrie:[a] nā in aliquibus partibus diligunt se magis cōsanguinei in remotiori gradu q̄ in alijs locis in gradu propinquo.
b Nam lex nō cōsiderauit nisi affectionē:[b] ⁊ ideo concluderem qđ vltra personas expressas in.d.l. sed ⁊ he.sit arbitrariū inspecta affectione qui coniuncti debeāt admitti:ad hoc adduco theoricā doct. in.c.
11 postremo.j.de appel. † Circa vo filios naturales et spurios dubitaꝛ p doc.et nō bene firmāt pedes: nam aliqui dicunt qđ debent admitti: aliqui contra. Alij distinguunt inter naturales et spurios. Ego sic distinguerem qđ naturales tantū debent admitti:cū admittantur certo casu ad successionē: vt in aut.lꝫ.C.de natura.libe.et not.in.c.tanta.qui filij sint legitimi.videꝛ pbari in.l. parentes natu-
c rales[c].ff.de in ius vocan.Spurij vero et nati ex dānato coitu de rigore iuris non debent admitti pro coniunctis per lineam masculinam.Quia nō sunt agnati:nec possunt verifice ostendere patrem: vt l.vulgo.ff.de statu homi.⁊ in auꝛ. ex cōplexu.C. de incestis nup.vide bonum tex.xxxv.q.vij. in.c. vno. Sed pro coniunctis per lineam femininā deberēt admitti:quia adinuicem sunt cognati ⁊ sibi succe-
d dunt:[d] vt in.§.vulgo. insti. de succes.cog. Sed inspecta equitate naturali credo ꝙ deberent admitti etiam pro coniunctis p lineam masculinā: qꝛ inspecta natura sunt filij ⁊ consanguinei et in eis ca-
e dit affectio naturalis.[e] Hinc est qđ quo ad matrimonium impediendū dicūtur consanguinei: vt in
f c.per tuas.[f] de probatio.⁊ in.c.discretionem.de eo qui cogno.cōsangui. vxo.sue. Hanc opinionē sentit Barto.in.l.j.⁊.ij.ff.de accusa.⁊ hec not. quia faciunt ad multa ⁊c.

ℭ Domicilium quis sortitur rōne beneficij.
1 Impetrare literas in causa appellationis ⁊ arripere iter ad principem habet vim appellationis.
2 Diete computatio a quo loco debet fieri tam in actione reali q̄ personali.nu.6.
3 Domicilium quis nō sortitur ratione domus quā

d ~Sebasti. Sapia. ℭ Et succedunt. Contrarium tenet Iod. de ana. in consi.xcv.⁊ allegat ita tenere do.Anto.in.c.tanta.in.xj. colū. qui filij sint legi.⁊ respondet ad.§.quod vulgo.

e ℭ Et in eis cadit affectio naturalis. Adde no.in.c.in presentia.de proba.ꝭ.glo.j.et in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad trebel.

f ℭ C.per tuas. Vide ibi an per coitum illicitum cōtrahatur affinitas.

et in.c.discretionem. hic alleg. vbi plenius dicetur.

g ℭ An hodie sit licitum. Adde istum in.c.qꝛ nonnulli.in ver. aut queritur.nunquid possit quis tenere plura talia beneficia simplicia.j. de cle. non resi.⁊ in repe.c.cum esses.de testa.

h ℭ Ratione bñficij. Adde rotā in ti.de appel.decis.ix.inci.itē ꝙ i causa beneficiali in nouis.et glos. doc.p illum text.in.c.cū nullus. de temp. ordi.lib.vj. Ioā. an. in.c. statutū.§.cum autem. de rescrip.in.vj. Archidia.iiij.q.vj. in sum.⁊.xj.q.j. si clericus.glos.j. in.c. quia intantum. de preben. Bald. in.l. senatores.ff. d senato. Domi. in.d.c. statutum.§.cum vero. l.vij. col.et sentit Barto.in.l. heres absens.§. proinde.ff. de iudi. ⁊ per istū in .c.si.in.ij. colū. j.de paro. Bald. l.l. vt perfectius. in.ij. colum.C. de anna.excep. Ange. cōsilio.xxxiij. dictum statutum in fi. Domi. in.c. si. in princi. in .ij. col.de offi. deleg. in.vj. Roma.consilio.ccclxj. in.ij. colum. Bal.in.l. ab eo.circa fin.C. quomodo ⁊ quando iud.⁊ in.l.oēs. in prin.C.de epis. et cle. Rotam in tit.de rescrip. deci.lxx.incip.si aliquis est oriūdus: in antiquis glos. in.c.primatꝰ.lxx. distinctio. et in.c. quoniam. xxj.qđ. ij.But.post Ioā. andr. in.c.fina.in xiiij. col. in versi. verum non omitto.de fo. compe.⁊ Bald. in.l.j.ff. ad muni.⁊ per Moder. hic.

ℭ Adde Ro.cōsilio.ccclxxvj.

Zacharias.

ℭ Amplia tu dictum istius dum dixit ꝙ qs sortiꝛ domiciliū cōmune in illo loco vbi habet bñficiū: qđ imo etiā sit ciuis ciuitatis i qua est suū bñficium so. Bar. in.l.j. lꝫ hec velit restringere

possidet in aliquo loco.
4 Delegatus pape potest quē conuenire: vbi posset ipse papa qui est ordinarius omnium.
5 Forum quis sortitur ratione delicti cōtractus vel rei:non tamen efficitur subditus illius iudicis.
7 Iudex appellatiōis an debeat statim mittere inhibitoriam iudici a quo.

Dilectus filius.

Cum agitur actione reali computatio dietarum fit a fine diocesis loci vbi sita est res et de meritis appellationis non iudex cause principalis:sed cui commissa est appellatio cognoscere debet:ita communiter summant doct. Sed profecto prima pars summerij nullo modo pbatur in text. nec puto eam veram in se: vt.j. latius subijciam. Nam in tex.solū diffinitur quis debeat cognoscere de meritis appellationis: et ideo quantum ad literam summo sic. Si occasione duorum rescriptorū vnius.s.in causa principali alterius in causa appellationis cōtenditur non iudex super principali sed deputatus super appellatione cognoscere debet de validitate appellationis. Et venit hoc ad limitandum.c.pastoralis.ꝭ.eo. Diuidiꝛ in duas partes.in prima poniꝛ querela appellantis. in scđa prouideꝛ ibi:quo circa. ℭ Casus literalis. Jordanus clericus dulmē.impetrauit literas contra Joannem saracenum sup ecclesia sancti Nicolai dulmē. dictus Joānes ad iudicium euocatus excipiendo pposuit ꝙ autoritate illarū literarum non poterat conueniri ex eo qđ vltra duas dietas a dioceſi vbi sita erat p̄dicta ecclesia trahebaꝛ contra cōciliū generale de quo in litera mentio nō fiebat ipsi iudices hanc exceptionem admittere noluerūt pro eo qđ idem Joannes in rophen. et helien.diocesi.obtinet beneficia quasi ex hoc domicilium haberet ibidē:quare dictus Joānes ad sedē apostoli.appellauit ⁊ appellationis causa cōmissa fuit epo eboracen.et eius cōiudicibus.Sed primi iudices nihilominus in negotio procedentes inhibuerunt iudicibus appellationis ne in negotio sibi commisso procederent:vnde mandat papa primis iudicibus quatenus si est ita in ipso negotio non procedant:quia non ipsi sed iudices appellationis cognoscere debent ad quos iurisditio debeat pertinere.Ber. ℭ Not.j.quod etiam sm hec tempora poterat quis habere plura beneficia: naꝫ hic iste Joan.saracenus possidebat tria beneficia
g quod an hodie sit licitum:[g] dic vt in.c. gratia. co. titu.lib.vj. et habes ho. glos. in.d.c. dudum.ij. de elec.plene per Joan.de lig. in cle.gratie.j. co. dixi plenissime in repeti.§.quia vero. de prebē.c.extirpande. ℭ † No.ij.arg.pro ⁊ cōtra:ꝙ ratione bene-
1
h ficij[h] quis sortiꝛ domicilium de quo aliquid infra sed plene dixi in.c.postulasti.de fo.compe.⁊ in.c.ex ore.de priuile.vbi per Inno. aliquid per Bart. in
2 l.j.ff.ad munici.et.j.aliquid dicā. ℭ † Not.iij. ibi: prosecutus:ꝙ impetrās literas in causa appel.dicitur per hūc actum appellationē prosequi quod no. Et idem probaꝛ.ꝭ.in.c.ex parte.qui imo arripiendo iter eundi ad curiam dicitur prosequi vt notanter probaꝛ in.c.cum causam. de re iudi.⁊ vi-
i de qđ plene dixi in.c.ex insinuatione[i].j. de appel.[k]
k ℭ No. vlti. regulam qđ vbi contenditur de iurisditione inter iudicem a quo et iudicem ad quem nō debēt simul cōuenire super hoc articulo: sꝫ in-

Bart.in abbate.⁊ ibi Alex.ver.quero etiam si aliquis. colum.iiij.ff. ad munici. Idem in.l.ciues.et ibi plene per Jac.rebuf.et in apost.ad eum. C.de inco.et in quo loco.lib.x.

i ℭ In capitulo ex insinuatione. Uide ibi Moder.

k ~Sebasti. Sapia. ℭ.j.de appel. Limita hec vt p do.Abb.in.c.personas.j.de appel.p.d.Ant.⁊ Imo.in.d.c.ex insinuatio.refert Feli. in.d.c. personas.col.ij.versi.limita.vbi late de hac materia.

dexad

a ¶ Ut debit⁹. Ui de ibi Moder.

Zacharias.

b ¶ Cõputatio dietarũ. Tu adhere dist. istᵒ. idẽ Jo. and. in. c. statutũ. eo. ti. lib. vj. Rot. decis. cccccxliij. scip. cõiter tenet in aut. Cardi. in cle. j. eo. tit. Bar. in l. j. ff. si qs cau. Et an intelligat̃ sm dispositionẽ legalem: an sm cõsuetudinẽ regionis. no. glo. in. c. statutũ. z. s. c. j. isto ti. Et qd si vna via sit longior altera. no. Hosti. z Joã. and. in. c. olim. de excep. Butriga. z Jmo. s. c. primo. Bar. in. l. imperatori. ff. de app. Jo. de imo. in. l. cõtinuus. §. cũ ita. de ver. obli. z Alexã. consil. xxij. in si. j. col. volu. iiij.

c ¶ In gl. sua. Illam sequit̃ Rota in tit. de rescrip. deci. xxvij. inci. cõmuniter tenet: in antiqs: et Bal. in l. si. in. xxj. colũ. in versi. sꝫ hic qrẽ. C. de edi. diui adr. tol. z per istũ. c. ex parte. B. i vlt. colũ. de fo. cõpe. z Dñi. hic. z i. d. §. cum vo. Card. in cle. j. in. j. colũ. de rescri. Jmo. s. c. pri. in prin. in. ix. col. z in. c. j. in si. v. col. j. eo. et ista est cõis opi. z gl. hic. Guil. i. d. cle. j. de rescri. Jo. de lig. But. z Jmo. hic. Sebasti. Sapia.

d ¶ Q in eo loco. Ista ꝯclusio non videt̃ posse ꝑcedere nisi reus tẽpore cõmissiõis delegati reperiat̃ i illis locis: quia illud qꝺ dicit̃ ꝙ in loco rei site qs potest ꝯuenire: lꝫ ibi nõ habeat domicilũ ꝑcedit si reperiat̃: alˀs nõ: vt no. Pau. de ca. in l. si. C. vbi in rem act. z l. l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

dex ad quem debet cognoscere de meritis appel.
a concordat. c. vt debitus a. j. de appel. ¶ Oppo. con-
3 tra tex. videt̃ enim † ꝙ papa nõ debuit admittere istã appellationem cum esset notorie frustratoria: nam ex quo iste habebat domiciliũ in alia diocesi ratione beneficij que non distabat vltra duas die-
b tas: inde debebat fieri computatio dietarũ: b quia est satis ꝙ non traheret̃ extra suam diocesim vltra duas dietas: vt. s. c. pri. Sol. glo. metu cõtrarij vt arbitror sentit duos intellectus ad tex. Primˀ qꝺ lꝫ agat̃ reali: tamen cõputatio dietarũ debet fieri a loco domicilij: z non a loco vbi res est sita si agitur reali. Ad ꝯrium r̃ndetur: qꝺ iste clericus cõuẽtus lꝫ haberet beneficiũ in alijs diocesibus: non tamen ibi sortiebat̃ domiciliũ: quia quẽadmodum sola domus quã qs possidet in alio loco non facit eum sortiri ibi domicilium. in. §. sola domus. alle. in glo. ita nec beneficium qꝺ possidet̃ in alio loco. Et sic intelligẽdo iste tex. non potest aliquatenus induci pro opi. antiquoꝝ tenentiũ sm intellectum j. subijciendũ. Secundo glo. intelligit qꝺ vbi agitur actione reali cõputatio dietarũ nõ debet fieri a loco domicilij: sed a loco rei site: nam quẽadmodum ratione rei quis sortitur forum vbi res est: vt in. c. si. de fo. cõpe. ita et in impetratione extra locũ debet haberi respectus ad diocesim vbi est res z non vbi est domiciliũ persone: secus in personali actione: quia tunc habebit̃ respectus ad diocesim domicilij. z per hoc habes glo. declaratam que satis obscure locuta est. doc. aliquid hic tangunt: sed longe plenius z clarˀ. s. c. pri. Nam hic z ibi dixit Inno. ꝙ vbi agitur actione reali vel personali in rem scriptã: exemplum in interdicto vnde vi: tunc sit cõputatio a diocesi vbi est res: exemplum primi hic in isto tex. exemplũ secũdi in. c. ex parte. B. de fo. cõpe. Si vero agitur ꝑsonali: puta ratione contractus vel delicti: tunc fiat cõputatio non a loco delicti seu ꝯctus vt quidam dixerũt: sed a loco domicilij: quia quẽadmodum ratione ꝯctus vel delicti non potest quis trahi ad illum locum si ibi non reperit̃: vt in cle. pastoralis. de re iud. z in. c. romana. in. §. ꝯtentes. de fo. cõpe. lib. vj. Ita nec coram iudice delegato debet trahi habito respectu ad illa loca. Idem in effectu voluit Hostiẽ. hic addito ꝙ si habet plura domicilia z agitur personali debet fieri computatio a domicilio principaliori: z si non apparet ꝙ esset principalius: tunc a loco delicti vel cõtractus. z hoc dicit seruandũ etiam in regibus z principibus qui solent discurrere per loca regni vel comitatus. z ita olim cõmuniter tenebat̃ sed postꝙ̃ superuenit. c. statutũ. preall. Joã. an. mu-
c tauit sententiã: vt patet in glos. sua c que inci. olim dicebamˀ. vbi tenet qꝺ hodie indistincte debet fieri cõputatio a loco domicilij: quia illud. c. simpliciter cõsiderat tractionẽ. Sed quis proprie trahit̃ de diocesi domicilij vbi facit residentiam: ad idem tex. s. c. pri. sed illa glo. non obst. Joan. de lig. hic. et Guiliel. de monte laudu. in clemẽ. j. eo. titu. dixerunt qꝺ vbi agit̃ reali debet teneri precedens opi. dñs meus dñs Cardi. tenet opinio. vt optio detur actori: nam quemadmodum est in optione actoris vbi conueniat reum an coram iudice rei site: an coram iudice domicilij: vt est glos. not. in. c. dilecti. de fo. cõpe. z in. l. fin. C. vbi in rem act. ita pari ratione dicendũ est in cõputatione dictarum. Nec obst. quod dixi de tractione: quia ex quo sortitur forum ratione rei: satis potest dici inde trahi. do. Anto. non bene firmat se: sed dicit vtrãqꝫ opi. sustentabilem. Ego aliter solitus sum dicere reducẽdo ad concordiã ista iura z dando nouum intellectũ ad illud. c. ex parte. de fo. compe. ¶ Conclude enim sic ponendo quasi tres regulas seu conclusiones.
4 Prima sit ista † ꝙ in eo loco d vbi potest conueni-
d ri coram ordinario siue ratione domicilij: siue ratione cõtractus: siue delicti zc. in eo loco potest cõueniri corã delegato pape nec est curandum ꝙ trahatur extra domiciliũ per plurimas dietas: quia nullum grauamen per impetrationem sibi infert̃: nam papa est ordinarius cunctoꝝ. ix. q. iij. cuncta per mundum: sicut ergo poterat in loco ꝯctus vel

rei conueniri coram ordinario: ita z corã delegato
pape. Hec conclusio ꝓbatur per text. no. in. c. dile-
e cti. e de fo. cõpe. z hoc voluit Inno. ibi si bene ponderetur. Et per hec reprobo vnam opi. mirabilẽ
f Uincẽ. f positã in. c. sane. j. de fo. cõpe. vbi dicit qꝺ etiam ratione rei site non potest quis trahi coram ordinario in loco vbi res est vltra duas dietas a loco domicilij. z ita intellexit istum tex. vt ꝓpter hãc causaꝫ compellatur ordinarius ratione rei site delegare illam causam in loco viciniori. z hanc opi. etiam reprobo. z ibi vide. Ratio: quia iura volunt indistincte vt ratione rei site quis possit conueniri coram ordinario loci: z nullus tex. facit illam dist. Nec obst. c. nonnulli. s. eo. qꝛ loquitur in alio casu. ¶ Secunda conclusio ꝙ vbi impetratio sit extra locum rei site: seu contractus vel delicti computatio debet regulariter fieri a loco domicilij principalioris: et non a loco vbi est res: hoc probo duobus motiuis. Primo text. in. d. c. nõnulli. dicit qꝺ non debet trahi extra suam diocesim. et pondera illa verba: extra suam diocesim: nam ratione rei vel ratione cõtractus non potest dici illa sua diocesis: lꝫ ibi sortiatur forum. Sicut alibi dicit glos.
5 tenenda menti † ꝙ ratione ꝯtractus vel rei vel de-
g licti quis non efficit̃ subditus g illius iudicis: licet ibi sortiat̃ forum: ita not. glo. in cle. j. de fo. compe. sentit glo. in. c. a nobis. j. de sen. excõ. Scꝺo probatur: quia predictum. c. nõnulli. vbi est origo huius materie in ista trahitione ponderauit labores in itinerãdo z sumptus quos oportet facere. Ista vo attendunt̃ habito respectu ad diocesim vbi persona residet: z vbi res est sita. ¶ Tertia z vltima cõ-
6 clusio est quasi limitatio ꝑcedẽtis cõclusionis † qꝺ vbi quis habet plura domicilia quorum vnum est principalius: sed cũ nõ ita principali cõcurrit res litigiosa: ita qꝺ in domicilio non principaliori est sita res litigiosa: z tunc computatio debet fieri ab isto domicilio inferiori propter cõcursum rei litigiose: quia duo vincula rũpũt vnum. in aut. itaqꝫ. C. cõia de suc. et in. c. j. de treu. et pa. z hunc intelle-
h ctum nouũ do ad illud. c. ex parte. h sm quem nullum verbũ ibi superfluit: nec sit impropriatio: vt faciũt ibi doc. z vide plenˀ z hoc no. ¶ In glo. si.
7 in si. † nũquid aũt possit indifferẽter iudex appel-
i lationis i inhibere iudici a quo ne ꝑcedat ante exitum appel. dicit hic Inno. qꝺ nõ: sed prius debet premittere cognitionẽ vtrũ appellatio sit recipiẽda: z si eam recipit velut emissam ex ꝓbabili causa poterit postea inhibere iudici a quo ne ꝑcedat: et pro hoc vide tex. in. c. romana. §. qꝺ si obijciatur. de appel. lib. vj. Quidã tñ vt refert Cõpostel. dixerunt qꝺ ille. §. ꝑcedit cum appellat̃ ad metropolitanũ: quia cũ ille non habeat iurisditionẽ in subditos suffraganei nisi ex causa appel. non dꝫ prius inhibere ꝙ̃ recipiat appel. velut emissam ex probabili causa: ac etiã est opus qꝺ inceperit cognoscere de veritate ipsius cause: qꝺ videt̃ velle text. in. d. §. qꝺ si obijciat̃. vnde videt̃ ille tex. velle qꝺ prius archiepiscopˀ debet approbare causam in appel. ab interlocutoria exꝑssam z incipere cognoscere vtrũ illa sit vera: quo facto lꝫ adhuc non cõstet de veritate cause pot inhibere iudici a quo ne ꝑcedat: secus videt̃ sm istos in delegato deputato a papa: quia papa cõmittendo appel. videt̃ ipso facto suspẽdere iurisditionẽ primi iudicis: vt in. §. preterea. all. in gl. ideo delegatˀ poterit illico sine aliqua cognitiõe inhibitoriã mittere: pro quo facit. c. audita. de resti. spo. sed Cõpost. sequit̃ primũ dictuꝫ. et ad. c. audita. r̃ndet qꝺ non loquit̃ in iudicibus deputatis in causa appel. Hoc ideꝫ videtur sequi Spe. in tit. de appel. in. §. ne hoc. ver. sed querit̃. et vide etiã per Inno. in. d. §. ꝑterea. do. Anto. dubitãdo tñ fecit hic distinctionem: ꝙ aut iudex appel. vult mittere inhibitoriã super articulo super quo fuit appellatum vel illi cõnexo: potest statim sine aliqua cognitione: quia sup illo statim fuit suspensa iurisdictio iudicis a quo. adducit no. in. c. super eo. de appella. aut vult inhibere ne ꝑcedat super alio articulo. z non potest nisi prius ꝑmittat cause cognitionem. Et credo ꝙ hoc dixerit innitendo

e ¶ Dilecti. hoc sentit ibi do. meˀ. z etiam Moder. ibi z hic.

f ¶ Uincen. Uide plene p do. Feli. in. c. nõnulli. i ꝑn. in ver. omissis notabilibˀ. s. c. post do. meũ ibi referẽtẽ Pe. de anch. ibi. z in. c. cum te. de offi. dele. z in. c. finẽ. in. iiij. no. de do. z ꝯtu. z l. c. cũ causaꝫ. de testa. p tex. in. l. cum post. C. de app. z per id ꝙ voluit Bar. in l. mediterrance. C. de anno. z trib. lib. x. z Maria. in d. c. sane. z ibi no. meũ. z in practica sequẽre dictũ Uic. et Pe. de ancha. quia innitit̃ summe equitati.

g ¶ Subditˀ. Adde istũ post gl. si. i. c. nup. de sentẽ. excõi. z i. c. j. de fo. cõpe. ad si. z in. c. iij. de appel. z l. c. penul. de fo. cõpe. in pri. z c. dilecti. de arbi. z p Dñi. in. c. romana. de sentẽ. excõi. in. vj. Bal. in. l. omnes. §. si vo apparitor. C. de epis. z cleri. z Jo. de imo. in. c. si. de fo. cõpe. sentit glo. in. c. nobis. el primo. de sen. exc.

h ¶ Ex parte. Uide ibi istum in. v. col. vbi põit istas duas falletias: et eum sequitur ibi cõiter Moder. et sequit̃ etiam do. meus hic: dicens istũ intellectũ do. Abba. fuisse Jo. de Fantu. in. d. c. cum vero.

i ¶ Iudex appellatiõis. Uide bal. in addi. Spec. in ti. de appel. versi. per appellationẽ ab iterlocutoria. et Rotã in nouis ꝯclu. ccccxij. inci. itẽ si appellet̃ hodie. de appel. l. vij. z in tit. de appel. deci. lxix. ici. facta side in antiqs. eo. titu. in antiqs. vj. qꝺ limita qtuor modis: de quibˀ hic p Moder. et in. d. §. qꝺ si obijciat̃. hic all. et de materia p Ange. C. de temp. appel. in. l. per hanc.

fue opi.quam posuit in.d.c.super eo. Sed nec ibi nec hic approbo:nam videtur aperte cōtra.c.non solum.de appel.lib.vj. vbi patet qđ non illico per appellationem ab interlocutoria suspenditur iurisditio iudicis a quo etiam super illo articulo a quo fuit appellatum:imo potest procedere ad vlteriora:⁊ validitas processus dependet a futuro euētu:quia si appellatio pronuntiabitur minus legitima valebit processus:vt hic. Unde iudex ad quē non potest inhibere nisi prius receperit appellationē velut emissam ex probabili causa modo predicto. Et quantum ad propositum nostrum concluderem sic:qđ aut papa recepit appella.ex certa scientia.et hoc constabat ex verbis rescripti:⁊ poterit delegatus illico mittere inhibitoriā: quia ex tali receptione statim fuit suspensa iurisditio primi iudicis:vt in.§.preterea.preallē. Aut papa recipit appellationem simpliciter eam tamen commisit expresso grauamine. et tunc videtur idem dicendum. Nam sic cōmittendo videtur approbasse grauamē:⁊ sic non est opus qđ delegatus premittat cognitionem super probabilitate cause:sed solum super veritate.⁊ hanc opi. sentit Abb.in.d.§. quod si obijciatur.⁊ sentit Joā.an. Idem videtur dicendum in appellatione a diffinitiua: siue causa exprimatur:siue non:quia papa eam cōmittendo videtur appellationē recepisse:qđ etiam sentit Joā.and.in.d.§. Sed si appellationem ab interlocutoria papa cōmisit[a] non expresso grauamine: nec ex certa sciētia:tunc potest pcedere opi.Inno.⁊ Cōpostel.hic. Si vero loquimur in iudice appellationis in inferiore a papa:serua.d.§. qđ si obijciatur, cum seq. Hodie tamē cum papa committit alicui ex auditorib⁹ causam appellat.in Romana curia solet etiam cōmittere causam principalem: ⁊ incōtinenti solet auditor mittere inhibitoriā iudici a quo. de quo vide plene per dños de Rota deci.xj. als.x.cum duabus seq.⁊c. Abbas.

1 Excōmunicatus potest iterum excōicari.
2 Impetrans in eadem ecclesia beneficium vno recepto alter excluditur.
3 Quod tempus attenditur in rescriptis an tēpus date an tempus presentationis.
4 Rescripta quando mutuo se impediunt recurrendum est ad principem qui concessit.
5 Negligentia non presentationis literas ad beneficia quando incipit currere siue habeatur coimpetrator siue non.et nu.7.
6 Rescripta ad lites sunt strictius interpretanda ꝙ ad beneficia.
8 Terminus si assignatur ad acceptandum beneficium an post terminum possit assignari.

Capitulum sancte.

Si plures impetrant in eadem ecclesia statur date vt primus impetrans preferatur ⁊ solus admittatur: ita communiter summant docto. Et procedit istud summariū sm opi. cōmunem que hodie inualuit propter iura noua. Sed sm aliam lectu.que cōmuniter reprobaf que certe cum modica suppletione potest sustentari: summo sic. In pluribus rescriptis impetratis in eadem ecclesia super consimili beneficio statur presentationi: et non date si prior in data fuit negligens in prosequēdo ius suum.h.d. Et iste intellectus pbatur in.c.tibi qui.j.eo.lib.vj.⁊ in.c.si clericus.ne preben. eo.lib. Diuidif:nam in prima ponitur facti narratio perplexitatē congruentis continens.in scđa diffinitionis cōmissio illam tollēs. Scđa ibi:quocirca. Casus literalis. Callimachus cleric⁹ impetrauit literas monitorias cōtra capitulū sancte crucis Cameraceñ. sup obtinēdo beneficio in eorū ecclesia et deinde pceptorias obtinuit. B.clericus cōtra eosdē super ꝯsimili beneficio in eadē sibi ecclesia cōferēdo ad archidiaconū Tornaceñ. ⁊ ei⁹ collegas literas executorias impetrauit qui monuerūt capitulum sancte crucis: vt dictum.B.reciperet in canonicū ⁊ in fratrem:a quibus iudicib⁹ capitulum appellauit.Sed iudices non obstāte appellatione tulerunt sententias suspēsionis in eosdē. Postmodū dictus Callimachus executorias literas super executione mandati pro ipso facto ad alios iudices impetrauit: qui tulerunt sentētias suspensionis ⁊ excōicationis in eosdem:capitulū sancte crucis factū istud significauit dño pape:mādat papa epō et archidiacono Legioñ.vt ille in canonicū recipiaf et beneficium assignef eidē qui prius mandatū apostolicū predicto capitulo reportauit:relaxātes sñias predictas
b alteri silentiū imponēdo.B. Nota.j.ibi:caplm.[b]

a Sebast. Sapia. Papa cōmisit. Limita vt non pcedat in commissione appellationis ab interlocutoria habente vim diffinitiue: quia de tali sententia idem iudicamus ꝙ de diffinitiua:⁊ sic de eius appellatione:vt per Bal.in.l.minorib⁹.C.de his qui.vt indig.cū all.per Feli. in rub.j.de re iudi. Item limita vt non pcedat in cōmissione appellationis ab interlocutoria cōtinente pindiciū irreparabile: vtputa de torquendo:prout no.in simili Bal. in rub.C.cōmi.vel epi.in.j. col. nec ē bona cōsequētia: interlocutoria cōtinet preiudiciū irreparabile: ergo habet vim diffinitiue: vt pare. in ꝯsi.xx.in qōne.

b Caplm. Adde ꝙ capitulū:ꝯuentus:cetus:⁊ concilium:sunt synonima: per istū in.c. edoceri.ꝟ.c. ⁊ l.c. osius. ⁊ in.c. cum terra.⁊ in.c.sacrosanc.in.ij.colū.de elec.⁊ i.c.j.de offi. ord.bonus tex. in c.j.xv.dist.⁊ p istū in.c.nobis. de iurepatro. qđ intellige in larga significatiōe: qz pprie capitulū dr canonicorū seculariū. Itē capitulū venit appellatione ecclesie.i Spe. de instru. edi.§. nūc vo aliqua.ver.itē circa legitimos.⁊ ꝙ capitulū pprie dicaf ecclesie secularis. vid de pbē. c. significatū. qñ ꝙ tñ ponitur pro collegio: qñꝙ p articulo:vt notat Pau. in clemē.j. de re.eccle.non alienā.qñꝙ pro ꝯuentu inter que tamē est differētia: vt no. Jo.an.in.c.quia sepe.in prin.de elec.lib.vj.⁊ capitulū dicitur vbi est maior pars.de elec.cum inter canonicos.de prebē.ex parte.⁊vide istum in.c.j.in fi.de testi.⁊ vide tex.in.c.innotuit.de elec.⁊ ibi istum in.j. nota.⁊ Inno.hic.⁊ facit.c.quāuis.de offi.ordi.in.vj.tex.in.c.ij.lviij. distin. et ibi Dñi.⁊ per eundem in.c.quoniā.in ver.episcopoꝝ conuentus.xviij. dist. in.j.not.⁊ per Butr.in.c.cum ecclesia.de cau.posses.⁊ pprie.⁊ per Fran. paninū in trac.de potestate.c.sede vacāte.fo.v.versi.pmitto quinto. vbi multa posuit de materia.c.qūo constituef:citanf:constituanf talia corpora mystica.⁊ vide aliquid per Cardi.in cle.ij.in.xiiij.q. de rescrip.vbi de hoc nomine collegium ⁊ conuentus.

Zacharias. Adde Specu.in titu.de instru.edi.§.nunc vero aliqua. versi.circa legitimatos.

Anto.Frācis. Circa hoc ꝙ hic dicif de capitulo:ꝯuētu: ⁊ collegio: adde primo que de multiplici significatu huius dictionis capitulū: posuit Jo.an.in.c.capitulū sancte crucis.de rescrip.⁊ an appellatione capituli veniat caput ipsius.vide glo.in cle.vt hi qui.de eta.⁊ quali.⁊ vide no.in.c.post cōcessionem.de ꝯcel.pben.⁊ in.c.cam te.de rescri. ⁊ in.c. requisisti.de testa.⁊ vide do.Cardi.in cle.vt pfessores. de reg. vbi concluditur ꝙ non:tñ in ꝯtrium videf tex.in.l.familie.ff.de ver.signi.vbi appellatione familie venit domin⁹.⁊ tex.in.l.ij.in prin.ff.de his qui not. infa. vbi appellatione exercitus cōprehendif dux ⁊ imperator illius. ⁊ in.l.j. §.si plures.ff.qñ app.sit.vbi appellatione decurionū venit preses eorū. et in.c.fi.de simo.vbi appellatione monachoꝝ venit abbas: tñ pro concordia.vide do.Car.in.d.cle.vt hi q.de eta.⁊ quali.⁊ an relictū capitulo videaf esse relictū ecclesie.vide glo.⁊ doc.in.c.requisiti.de testa.⁊ Bar.i.l. ciuib⁹.ff.de re.dub.⁊ vide no.per doct.in.c.si diligēti.de fo. cōpe. ⁊ adde ꝙ capitulū dr vbi est totū vel maior pars:vt in.c.j.de his que fi.a maio. par.ca.⁊ in.l.ij.ff.ad muni.⁊ in.c.cū inter canonicos. de elec. ⁊ tene meñ ꝙ capitulū de iure nisi habeat ex speciali priuilegio nō habet aliquā iurisditionē.no. Inno.in.c.ꝗsiuit. de his q fi.a ma. par.ca. ⁊ adde ꝙ capitulū dicif esse vnū corpus:⁊ ppterea non debet aduerso iure cēseri.c.cū in tua.de deci.c.qz cognouimus.xij.q.ij. et quot homines faciant collegiū.vide Bar.in rub.de colle.illi.⁊ glo.in.c.gratū.de postu.pla. et in.l. neratiꝰ.ff. de ver. signi.⁊ no.doc.l.c. fi.ō psump.⁊vide gl.i.c.j.x.q.j.q dicit ꝙ duo vel tres faciūt collegium: qđ etiā no.glos.in c.j.de elec. ⁊ adde ꝙ tria sunt signa collegij:cōe sigillum:vt in.c.significauit.ō app. cōis tractat⁹:vt i.c.tertio loco. de pba. cōis arca: vt l.i.j. ff.qđ cuiusꝙ vni. no.⁊ habef p Innocē.in.c.postulasti.de iurepatr.⁊ i c.a nobis.eo.ti.et vide glo.i.c.statutū.de elec.li.vj.⁊ per Host.in sum. de exces.pla.i.§.j. in ver.qñ sciā.⁊ in §.suborta. ⁊ q dicatur ecclia collegiata.no.doc.moder. i cle. statutū. de ele.⁊ vide Jo. and.in.c.a nobis. ō iurepa.⁊ Host. in.c.dilecta. ō excess.pla.⁊ tene mēti ꝙ de substātia ⁊ esse collegij nō est qđ habeat caput siue rectorē:dictū est sing. Inno.i.c. cum nō ignores. de pbē.⁊ illud refert et sequif do. Cardi.i.c.cū oēs. de cōstitu.⁊ no. Inno.in.c.ij.de no.ope.nuntia.⁊ Pau.de leaza. in cle.j. de eta.⁊ quali.⁊ Bar.in.l.fi.ff.de colle.illici.⁊ an ius collegij possit cōseruari in vno.vide no.in.l.sicut.in.§.fi.ff. qđ cuiusꝙ vniuer. nomi. et not. glo.in.l.de testamēto.in.§.inuitus.de verbo.signifi.⁊ glos.in.c.gratum. de postu.prela.⁊ alia gl.in.c.bone.el.ij. de elec.vbi cōcluditur ꝙ sic:tene tamen menti qđ si collegiū deuenit ad vnum ⁊ desijt spes reparationis deficit potestas collegij.et propterea no.dicebat Cy.in.l. non ambigif. ff.de legi.⁊ ibi etiam Bal.qđ hodie senator vrbis nō habet potestatē senatus:quia non est spes reparationis.⁊ an in eodē corpore ecclesie possint esse duo collegia diuersa.vide glo.in cle.j.de elec.in ver.monasterij. et quid sit cōuētus:⁊ que sit eius etymologia. ⁊ vnde dicatur, vide glos. in.c.j.⁊ fi.l.dist.⁊ tene menti:qđ largo modo quelibet cōgregatio potest dici cōuētus.c.diaconus.xciij.dist.c.ecclesie.xcvij.dist.c.j.v.q.ij. ⁊.c.quicunꝙ suffragio.xij.q.ij.⁊ quot modis sumatur hoc nomen conuentus. vide glos.in.c.nos in quemꝙ.ij.q.j.aliquando enim denotat populum: vt in.c.possessio.xvj.q.j.⁊ in.c.nota.lxiij.distin. aliquando dicimus conuentum:idest ecclesiam: vt in.c.mulier.de cōsecra.dist.iiij.⁊ in.c.dilecta. de maio.⁊ obediē.⁊ vtrum appellatione ecclesie conuētualis veniat ecclesia secularis collegiata:de quo habetur in.c.cum contingit.de transactioni.⁊ in.c.nisi.de prebē.c.cum ecclesia sutrina.de can.posses.⁊ pprie. et per Hostiē.⁊ Jo.and.in.c.nobis.⁊ in.c.postulasti. de iurepatrona. in quibus omnibus locis ꝯcluditur:ꝙ proprie loquendo conuētus dicitur congregatio ecclesie regularis.capitulo vo ecclesie secularis:lz iura quandoꝙ promiscue vtantur istis terminis. de quo vide per Inno. in c.j.de electione.⁊ per do.Ant.in.c.inter cetera.de offi.ordina. ⁊ in.c.innotuit.de elec.⁊ vide no.in clemē.et si principalis. de rescrip. et qui dicantur esse priores cōuentuales.⁊ de eorum officijs ⁊ potestate.vide gl. in clemen.ne in agro.in.§.ceterum.de statu mona.

de significato huius verbi ponitur enim hic pro
collectione: seu pro collegio ipsorum canonicorum:
habet tamen hoc verbum multas significationes:
de quibus datur versus. Distinguit minuit locat
et collatio fertur: nam quandoque ponitur vt distin
guat vnam materiam ab alia: et sic dicuntur capi
tula huius compilationis: nam quelibet decretalis
per se dicitur. c. Ad hoc. c. inter alia. et in. c. quod
in dubijs. j. de sen. excō. et sic intellige primum mo
dum in versu contentum. Quandoque stat diminu
tiue: nam potest dici capitulum quasi paruum ca
put: et sic intellige secundum modum. Quandoque
stat pro loco capitulari: videlicet vbi canonici con
gregantur: vt in. c. in causis. de elec. Quandoque po
nitur pro collectione seu ipso collegio: vt hic. et sic
declara premissum verbum. ¶ Scdo no. ibi: mon
strauit: in secto principio quod istud verbum capitulum
positum [a] in singulari numero potest iungi cum
verbo singularis numeri: vt patet ibi: capitulum
monstrauit. Quandoque coniungitur cum verbo plu
ralis numeri: vtputa capitulum significauerunt: vt
patet in. c. significauerunt. j. de excep. et in. c. in cau
sis. j. de elec. Et dicit Ioā. an. et bene quod vtroque mo
do possumus vti: nam si habetur respectus ad vo
cem possumus vti verbo singulari: vt hic: si autem
ad interclusa in hoc nomine possumus vti verbo
plurali. Et ideo dic quod nomen collectiuum seu habens
pluralem significationem potest iungi cum verbo
pluralis numeri et cum verbo singulari. Dicit tamen
hic Ioā. calde. quod si hoc nomen capitulum iungitur
cum verbis sonantibus actum seu exercitium ipsius
actus debemus vti verbo plurali: puta capitulum
dederunt voces vel capitulum appellauerunt: sed si
iungitur cum verbo sonante in ius debemus vti
verbo singulari: vtputa capitulum habet iurisdi
tionem vel habet ius eligendi: vel quid simile. Et
est ratio secundum eum: quia actus sunt singulorum: ius
vero est penes ipsum corpus collegij. et hoc fuit de
mente Inno. in. c. irrefragabili. de offi. or. et in. c. si.
de iurepatr. Et hoc dictum placet habito respectu
ad congruitatem sensus: sed quo ad congruitatem la
tinitatis: tene indistincte primum dictum. et pro
hoc facit iste tex. nam hoc verbum monstrauit: so
nat factum et nihilominus est singularis numeri.
¶ No. iij. quod secundum ista tempora cum papa scribebat
pro aliquo beneficiando quandoque dabat tres lite
b ras [b] successiue: vt monitorias: preceptorias: et exe
cutorias: vt hic fecit in personam Callimachi. Quandoque
dabat a principio solum executorias. i. scribebat
deputando vnum executorem pro executione gratie:
et sic facit in personam istius Bart. et hodie curia
indifferenter dat executorias. ¶ No. iiij. quod senten
tia suspensionis et executionis potest fieri in capi
c tulum: et hoc inspecta simplicitate iuris antiqui: [c]
hodie vero dic vt in. c. romana. in. §. vniuersitatem.
1 de senten. excō. lib. vj. ¶ † Item no. quod suspensus
potest iterum suspendi et excōicari: et quid operetur
d secunda suspensio. [d] not. in. c. ita quorundam. de iude.
2 ¶ † Item no. quod si plures impetrant in eadem ec
clesia vno recepto alter debet excludi: quia non est
de intentione pape grauare ecclesiam de pluribus
nisi exprimat. concordat. c. duobus. j. eo. lib. vj. de quo
plenius in. c. mandatum. j. eo. ¶ No. vlti. quod etiam sen
tentia excōmunicationis et suspensionis debet re
laxari secundum formam ecclesie. et sic forma est seruanda
in relaxatione suspensionis. Hoc intellige vt habe
tur in. c. venerabili. de sentē. excō. et per Inno. in. c.
e bone. de eta. et quali. et per glos. in cle. j. de deci. [e] in
3 ver. donec. ¶ † Opp. contra tex. in eo quod papa man
dat recipi eum qui prius mandatum portauit et
alium excludit: nam secundum hoc videtur papa velle quod
stetur presentationi et non date literarum: contra. c. ex
parte. j. de offi. dele. et. c. ceterum. ꝟ. eo. Sol. glo. mag.
intrat hoc contrarium: et in effectu ponit tres sol. Pri
ma sol. quod contraria loquuntur quando prime litere
erant presentate: tunc enim non valent secunde si non
faciunt mentionem de primis: secus autem si res
esset integra: quia tunc staremus presentationi: vt
hic. et in. c. vt debitus. j. de appel. Hec lectura hodie
reprobatur ibi per. c. tibi qui. preall. vbi patet quod licet

secundus impetrans primo recipiatur quam primus
impetrator: prebenda tamen vacans debetur pri
mo impetranti quamuis secundus sit receptus. ¶ Se
cunda lect. glos. est quod hodie contraria sunt corre
cta per illud. c. vt debitus. et tamen vult quod in lite
f ris ad beneficia stemus date et non presentationi. [f]
¶ Tertio glo. dicit quod in literis ad beneficia pos
sumus distinguere vt prior in data preferatur nisi f
secundus prius fuerit receptus vel primus fuerit
negligens. Et in hoc glos. accedit ad intellectum
c. tibi qui. sed non plene explicat: quia non vidit
illud. c. nec. c. cum cui. de preben. lib. vj. Et vt clare
habeatur hec materia est aduertendum: aut enim
primus et secundus impetrauerunt ad idem cor
pus beneficij: et apparet de prioritate temporis: et
tunc secundus impetrans nunquam potest aliquid
obtinere vigore illarum literarum: quia fuerunt
surreptitie non facientes mentionem de priori
bus: et sic nulle: quia surreptio in beneficialibus vi
tiat ipso facto: vt in. c. ad audientiam. j. eo. et in. c. j.
et. ij. de filijs presby. lib. vj. Unde negligentia pri
mi non potest ius conferre secundo: et in hoc ca
su non habet locum dispositio. c. penul. j. eo. lib. vj.
vbi dicitur quod si non apparet quis sit prior in da
4 ta locus est presentationi. † Nam quando litere am
be referuntur ad idem subiectum: idest ad certum
corpus beneficij mutuo se impediunt et recurren
dum est ad ipsum concedentem: nam ita notabili
ter voluit Ioan. an. in. c. si a sede. de preben. lib. vj.
Quandoque litere istorum impetrantium referun
tur ad eandem ecclesiam: sed non ad idem corpus
beneficij: quia quilibet impetrauit vt prouidere
tur sibi de canonicatu et prebenda in tali ecclesia.
Et tunc iste litere secundum opi. magis communem non
peccant in surreptione: quia quelibet gratia va
let. Et si capitulum vellet potest recipere vtrumque:
sed non tenetur recipere nisi vnum: quia papa non
intendit nisi exprimat grauare eandem ecclesiam
de duobus: vt hic. et in. c. mandatum. j. eo. vbi ple
ne de hoc. Unde capitulum excludit alium vno
recepto non per viam nullitatis: sed per viam ex
ceptionis grauaminis. Et hoc casu cum litere
ambe valent procedit proprie materia nostra: et
dicendum quod aut primus impetrans non de
prehenditur in aliqua negligentia: et indistincte
debet preferri primus impetrans: licet secundus
prius presentauerit suas literas: et prius fuerit
receptus: hoc probatur in. c. cum cui. et in. c. tibi
qui. preallega. Et hoc si bene ponderetur textus:
nam hic papa mandat recipi illum qui prius man g
g datum reportauit: nam siue verbum prius [g] stet
nominaliter siue aduerbialiter semper habemus
primum intellectum submota concertatione do
cto. hic contendentium vtrum dictio prius stet
nominaliter aut aduerbialiter. Sed vt dixi qua
litercunque stet semper resultat ille intellectus vt
primus impetrans preferatur. Nam si stet aduer
bialiter hoc probatur: nam Callimachus qui fuit b
primus impetrator presentauit prius literas suas:
scilicet monitorias: et preceptorias: et sic prefer
tur primus: idem intellectus resultat si stet nomi
naliter: vt sic exponamus prius mandatum: id est
5 primum mandatum. et hoc clarum. ¶ † Sed du
bitatio oritur vbi primus impetrans retentis pre
missis terminis deprehenditur in negligentia: vtrum
secundus debuerit hic preferri: glossa dicit hic
quod sic: sed non aperit per quem actum debeat
conuinci ista negligentia primi. et in hoc sunt va
rie opiniones. Quidam dixerunt quod per lapsum
anni: per. c. plerumque. ꝟ. eodem. Quod non placet
6 Ioan. andr. † quia illud capitulum loquitur in li
teris ad lites: ideo non debet extendi ad beneficia
cum non sint ita amare interpretande. argumen.
in. c. olim. de verborum significa. et in. l. finali. ff. de
constitu. principum. Et nota hoc verbum: ex quo
habes semper notare quod rescripta ad lites sunt
b strictius interpretanda [h] quam rescripta ad bene
ficia ecclesiastica: et hoc est valde nota. per id quod
habetur in. c. quamuis. de preben. lib. vj. vbi dici
tur: quod rescripta ad beneficia stricte interpre

a ¶ Capitulum positum. Vide Ioā. an. et Io. calde. et de significato huius verbi capitulum. adde Card. l cle. j. in princ. in. x. q. de re. post Pan. et vide Bal. in. l. fi. in princ. C. de impu. et alijs sub. vbi pulchre declarat qui dicantur noia collectiua: et quomodo cognoscantur: nam nomen collectiuum dicitur quod in singulari numero multitudinem significat: sicut illud Vergil. pars in frusta secat. fit etiam collectio per verba pluralis numeri. l. ciuibus. ff. de re. dub.

b ¶ Tres literas. Vide in. c. ex insinuatione. j. eo.
Sebasti. Sapia.

c ¶ Iuris antiq. Vide de hac materia late Fel. l. c. dilecto. in. iij. col. j. de excep. vbi plene examinat quendam quem refert Imo. hic.
Zacharias.

d ¶ Scda suspensio. vide per Bal. in sua marg. in ver. suspensus. ver. ix. Imo. l. c. cum liter. in glo. sua in ver. licitum. de consuetu. et in. c. sicut. l ver. suspēdatis. de cohabi. cle. et mulie.

e ¶ De deci. adde istum in. c. j. de iudi. in. iij. col. et l. c. ad aures. de simo. et l. c. ij. de sortile. per illum tex. quem ad hoc ponderauit post illa glossa.

f ¶ Date et nō presentationi. Et sic no. quod litere priores in data regulariter preualent: per istum tex. secundum eundem intellectum. ad idem c. si duobus. et. c. tibi q. de rescrip. li. vj. et. c. cum cui. de prebē. eo. ti. etiam si secundus impetrans prius presentet et prius recipiatur in canonicum quam primus: quia nihilominus prima vacans debetur post impetranti. per. d. c. tibi qui. et in. c. cum. pre alleg. fallit hoc in aliquibus casibus hic no. per Moder. et vide de materia in c. mandatum. j. eo.
Zacharias.
¶ Adde Feli. in c. j. post istum. ꝟ. eo. titu. Inno. l. c. innotuit. de eo qui fur. ord. susce. Bar. in l. nō videtur. la. j. ff. de iudi. Bal. in. l. si qui ex consensu. col. ij. C. de episc. audi. et in. l. gesta. col. fi. ver. quero nunquid pro actis. C. de iudi. Ro. consil. xlviij. inci. suspectis supra consultis.

g ¶ Verbum prius. Vide glos. in. d. c. si duobus. in ver. si nō apparet. et gl. fi. in. d. c. cum cui. et vide doct. in. c. ea te. ꝟ. eo. et Moder. hic.

b ¶ Strictius interpretanda. Vide Moder. in. c. causam que. ꝟ. eo. et Io. and. hic quem referunt Moder. dicentes: quod inspecta interpretatione et expiratione videntur talia rescripta ad lites et ad beneficia habere se vt excedentia et excessa secundum subiectam materiam.

standa sunt. Alij dixerūt vt Hosti. qđ si primus est negligens per annū ⁊ post annū beneficiū vacans confert alteri non potest primus facere reuocari illam collationē: secus si post lapsum anni re integra primus petit prebendā sibi cōferri: vnde tunc prefertur secūdo ⁊ cuilibet alij negligentia annali non obstāte. ¶ Joā. an. dicit hoc esse arbitrarium qñ primus dicatur negligēs. ⁊ idem tenuit in glo. in c. si clericus. de prebē. lib. vi. ⁊ in cle. vnica. de ꝯces. preben. in glo. pe. Lap. Abb. recitat in. c. tibi q. de rescri. lib. vi. ꝯsuluisse in hoc Jo. an. ⁊ sibi respondisse qđ si primus impetrās habuit canonicatū a papa vel fuit receptus in canonicū autoritate pape: tunc nō conuincitur negligentia sua in assecutione ꝓbende per actum circa collationem. Quasi dicat qđ donec ꝓbēda ꝯferatur alteri poterit semper ille petere negligētia priori non obstāte: secus
a si data negligētia[a] fuit collata alteri: quasi per collationem premissa negligentia tollatur illud affectiuū ad prebendā qđ habebat prim⁹ ex receptiōe in canonicū. et hoc mēbrum sic declaratū videtur probari in. d. c. si clericus. in. ij. parte. Aut primus impetrās nondum fuerat adeptus canonicatū: et tūc per actum ꝯtrium ꝓsentationis cōuinci potest eius negligentia. Quasi dicat ꝙ si primus fuit negligens in ꝓsentando suas literas ⁊ secūdus prius ꝓsentauit: debet secūdus esse potior in assecutione prebēde. Hoc videtur ꝓbari ſm vnū modū intelligendi in. d. c. tibi qui. in primo casu iuncto fine: et videtur satis ꝓbabilis intellect⁹. Et quāuis Lap. et do. Anto. aliqua dicant in idem recidūt in effectu cum ista vlti. opi. Joā. and. nisi quia do. Anto. posuit casum dubitabilē cum apostolicus ⁊ capitularis simul cōcurrūt: nam negligentia impetratoris apostolici non cōuincitur per capitularē. i. per receptū autoritate capituli nisi p solā collationē: pro hoc. c. hi qui. ⁊ c. si clericus. de ꝓben. li. vi. facit etiam ad materiā ſm Lap. c. si tibi absenti. eo. tit. et lib. Ubi tex. no. vult qđ is cui facta fuit collatio beneficij non cōuincitur de negligētia irreuocabiliter per collationē alteri factā: vt ibi. Sed per istaz videtur qđ opi. Joā. and. hic ⁊ in dictis locis remaneat sublata vt non sit recurrendū ad arbitriū superioris. ¶ Ego dico saluādo illam glo. qđ licz ꝓdictis modis conuincatur negligentia: tamen in modo deprehēdendi negligentiā est arbitraria: nam iudex habebit arbitrari: vtrum fuerit negligens in non ꝓsentando vel nō petēdo: forte enī all. iste causam legitimam dilationis: ⁊ in hoc succedit arbitrium iudicis: et sic saluo illas glos. ¶ Itē dubito circa primū membrum cum dixit Joā. an. qđ vbi precessit collatio canonicatus non ꝯuincitur impetrans de negligentia sua citra actū actionis. Nam illud. c. tibi qui. potest intelligi qđ etiā per actū citeriorē potest conuinci: nam in principio loquitur qñ primus ⁊ secundus fuerūt recepti ⁊ ꝓbenda vacat de ꝓsenti: ⁊ deciditur ibi qđ debetur primo impetranti: licz secūdo recepto: nisi negligētia possit sibi imputari: vnde tex. non refert se ad negligentiam cōmissam in actu in casu presentationis: sed loquitur generaliter. Ergo videtur qđ si vacauerit ꝓbenda ⁊ primus impetrās: licz recept⁹ fuerit negligens diu in petēdo ꝙ secūdus impetrās diligens debet preferri. Nec ob. d. c. si tibi absenti. quia ibi beneficium fuerat collatum merito non excluditur nisi per collationē alteri factā: quia non est dare actū citra collationē potentiorem primo. Sed in casu nostro prebenda non fuerat collata primo: sed solū canonicatus merito ex quo vterq; est canonicus receptus debet negligentia in petendo obesse primo. ⁊ quanto tēpore requiratur ista negligētia dico arbitrariū: quia tex. ibi non determinat. et in hoc casu saluo etiā opi. illam Joā. an. Predicta procedunt vbi primus impetrans habet aliū coimpetratorē.
7 Sed dubium est mihi † quid si nō habeat aliū coimpetratorē nūquid per negligentiā excludatur a gratia sibi cōcessa. Et pro introductione ad materiam scias ꝙ vario modo qs cōsequitur ius ex impetratione gratie: nam per collationem cōsequitur ius in bñficio: ita ꝙ pōt dicere beneficiū esse suū etiaz

a ¶ Negligentia. Adde vt p Oldr. consi. clxxv. ⁊ ꝯsi. cxcij. ⁊ ꝯsi. cxlij. Sebasti. Sapia.
b ¶ Non pdit ius. Uide late p Feli. in. c. j. đ treu. ⁊ pa. vbi plura accumulat: an ꝓpter negligētiam magnaz possit ꝓlat⁹ deponi a bñficio: ⁊ ꝙ nō debeat ꝓuari: facit glo. f. c. si. de iurepat. ⁊ in cle. ij. in ver. suspēsus. de vi. ⁊ hone. cleri. cum all. per Feli. in. c. ij. ē. eo. sed ꝙ debeat ꝓuari facit ꝙ ex spatio decem annoꝝ quis videtur habere bñficiū ꝓ derelicto. vt p glo. ⁊ doc. in. c. cū venissent. de resti. spo. ergo dz priuari. et hoc sentit uñs Abb. in. c. contingit. de do. ⁊ cōtu. vbi dicit: ꝙ tunc perdit beneficiū ex facto suo.
c ¶ Cōtingit. vide cum ibi in. vi. col.
d ¶ Regulā. Limitas octo modis đ quib⁹ hic per do. Feli. in. xvi. co. in ver. regula. ⁊ vide Bar. in. l. post legatū. ff. de his q. vt indi. et Butri. in. c. cum olim. de cēsi. glo. ⁊ Jo. an. in. d. regu. ex eo. ⁊ Rotā đ test. deci. lxij. in antiquis. et Egidi. decisio. Rot. decl. iij. als lv. q̄ inci. si facta. Sebasti. Sapia.
e ¶ Ex eo. Uiđ ad hāc reg. Fel. in. c. examinata. co. ij. versi. ⁊ nota. f. ne indi. ⁊ latius hic per eundem.

est adeptā possessionē: vt in. c. si tibi absenti. ꝓall. ⁊ in. c. si. de ꝯces. ꝓbē. li. vi. ⁊ in. c. penul. de ꝓbē. eo. lib. Si vo quis est recept⁹ in canonicū sub expectatione ꝓbende: tūc ius non ꝯsequitur in ꝓbenda: sed ad ꝓbendā: vnde habet ius ad rem ⁊ nō in re: vt in. d. c. pe. ⁊ vlti. Si vo quis nō est recept⁹ in canonicū sz solū habet gratiā sup beneficio sibi cōferendo: ⁊ tūc solū habet ius implorādi officiū executoris vt ꝓuideat vel faciat sibi ꝓuidere. ⁊ de hoc vide bonā glo. in. c. veniēs. de renū. facit qđ no. glo. f. c. ꝓxi. et qđ ibi dicā. ¶ His ꝓmissis ꝯclude tres casus. Prim⁹ qñ collatione facta qs negligit petere possessionē: ⁊ tūc credo ꝙ ex ista negligentia non
b perdit ius[b] qđ habebat: licz possit p superiorē priuari. arg. xviij. q. ij. si qđ abbas. ⁊ qđ no. glo. in. c. ea que. de offi. archi. Et hoc verū nisi ali⁹ bona fide ⁊ cum titulo putatiuo possederit spatio decē annoꝝ: nam tūc ꝓscribit ꝯtra eum: licz beneficiū acquiratur ꝓscribēti. Ad hoc adduco vnā bonā
c glo. que alibi nō est in. c. cōtingit.[c] de do. ⁊ cōtu. quā materiā discute latius vt ibi dico. Scđs casus qñ papa mādat ꝓuideri alicui de beneficio vacāte. Et tunc puto ꝙ si ille est negligēs poterit ordinari⁹ alteri ꝯferre: ⁊ per collationē alteri factā extinguitur gratia istius. Ad hec. c. si clericus. ꝓall. idez puto in tertio casu qñ autoritate pape qs est receptus in canonicū ⁊ negligit petere ꝓbendā vacātē: nam per negligētiā valet col
8 latio alteri facta: vt in. d. c. si cleric⁹. † Quid autē dicēdū hodie cuz papa assignat terminū mensis ad acceptādū nunqd post lapsum mēsis possit beneficiū acceptari. vide bonā glo. in cle. vnica. de conces. ꝓben. in gl. infra mēsem. ⁊ hoc bene notabis. ¶ In glo. si. ex glos. collige tres solu. Prima qđ appellatio hic non fuit legitima ex quo primū non receperant nō poterāt se defendere ꝯtra secūdū. Secūda sol. ꝙ respectu sententiarū latarū post appellationē absolutio fit ad cautelam quasi nō erat necessaria. Hāc sol. glo. improbat quia nūq̄ papa mādat aliquē absolui ad cautelā nisi hoc exprimat. ⁊ tene mēti hoc dictū glo. Tertia sol. ꝙ ista relaxatio sentētiarū refertur ad sñias latas in fauorē Callimachi contra quē non ꝓcessit appellatio. ⁊ hoc etiā voluit glo. ꝓcedēs. ⁊ hoc tenēdo silēt ꝯtraria. ¶ Sed ꝯ hoc oppo. nam ex quo capitulū impugnabat primū impetrātē: ergo nō poterat se defendere ꝯtra scđm ex ꝑsona primi. vt in reg. ex eo. de reg. iur. lib. vi. et in. c. cum olim. de censi. Sol. dicit Inno. ꝙ tenēdo appellationē valuisse possum⁹ rñdere ꝙ isti nō fundabant se sup iure primi: sed sup receptiōe secūdi. Uel clari⁹ ſm Cōpo. si obtinuissent isti ꝯtra primū non poterāt se defendere ꝯtra scđm: sed ex quo ꝯtētio vigebat cū primo ⁊ dubi⁹ est litis euent⁹ poterūt interim se
d defendere ꝯtra scđm ne si postea succūberēt cū ꝑmo cōpellerentur vtrūq;
e recipere. ⁊ tene mēti hāc sol. q̄ multū limitat illā reg.[d] ex eo.[e] Abb.
1 ¶ Impetrās debet in rescripto facere mentionem de pēsione annua quam habet ⁊ de literis: alias obtentis licz eis renūtiauerit. ⁊ nu. 4.
Appellatione beneficij non venit annua pensio.
2 Annua pensio non habet aliquid spiritualitatis.
3 Renūtiatio beneficij non valet sine licentia superioris: sed literis ad beneficia potest ad libitum renuntiare. ⁊ nu. 7.
5 Surreptio in beneficialib⁹ vitiat gratiam ⁊ literas ipso iure. ⁊ nu. 8.
Surreptio qñ vitiat ipso iure etiam qđ non sit opposita tñ vitiatur processus super rescripto nullo factus.
6 Simonia vtrum inducatur si aliquis renuntiat literis ad beneficia ⁊ recipit annuam pensionem.
9 Omnis exceptio que potest opponi post litem contestatā potest opponi in appellatione.
Exceptio non opposita per ignorantiam potest iterum opponi.
Appellatio restituit quem in terminis in quibus erat post litem contestatam in primo iudicio.
10 Processus factus super literis surreptitijs: an ⁊ qñ valeat.
11 Judex potest ex officio suo annullare processum factū super literis surreptitijs etiam ꝙ non sit surreptio opposita.
Beneficium impetratum surreptitie non tenetur sine peccato.
12 Sententia in beneficialibus surreptitijs nūq̄ transit in rem iudicatā respectu illius pro quo lata fuit secus respectu illius cōtra quē est lata.
13 Canonicus per surreptionē receptus ab alijs canonicis qui credebant surreptionem non obstare: tamen poterit ab ipsis expelli.
Surreptio vitiat gratiam: ⁊ quicquid cōceditur propter illam gratiā.
14 Surreptio vitiat omnia priuilegia ⁊ beneficia principum.
Surreptio etiam ignoranter ⁊ simpliciter cōmissa vitiat lites.
Ratio quare surreptio magis vitiat literas ad gratias q̄ ad lites.
15 Surreptionis exceptio quando debeat opponi.

1 Ad audientiam. † Si habens literas pape ad beneficium eis propter annuam pensionem renuntiat non valent litere beneficiales per eum hoc tacito impetrate. h. d. In prima ponitur facti narratio. In secunda ꝓuisio. ibi: fraternitati. ¶ Casus literalis. Quidam impetrant literas a sede apostolica vt prouideatur eis in ecclesijs diocesano subiectis: tandem recipiunt annuas pēsiones seu alia beneficia ⁊ renūtiant beneficio literarum: postea vo impetrant alias literas super sua prouisione non facientes mentionem de alijs vel pensione vel renuntiatione: significatum fuit hoc domino pape: mandat papa archiepō Bituricen. qualiter illi qui post literas taliter venditas alias impetrarūt nō faciētes de alijs mētionē anteq̄ impetrarūt decernat carere
omni

a ¶Annua pēsio. Adde do.in.d.c.quāuis.lʒ do. meus hic teneat 3rium
per aliqua motiua:quib⁹ Moderni optime rīdent:et an annuapensio
computet̄ inter immobilia seu annuos reddit⁹. vide bonum tex.in cle.
exiui.in ver.item ꝙ reddit⁹ annuus.de ver.sig.ꝛ vide Bal.in.l.hac edi-
ctali.in.§.his illud.in.j.col.in versi.ibi annoꝝ.C.de secū.nup. qꝺ annui
reddit⁹ inter im-
mobilia cōputan
tur qñ sunt ppe-
tui vel ad lōgum
tp̄s:als secus.p:i
mum pbatur de
elec.c.querelā.se-
cundū probat̄ in
l.si.ff.quo.lega.et
no.per Cy.in.l.si
certis annis.C. ꝺ
pac.Bar.in.l.mo
uētium.C.de ver.
signi.Roma.in.l.
si constāte.ff. sol.
matr.Bal.in.c.j.
§.j.de cōtro.feu.ꝛ
Fede.de se.ꝯs.xiī.
incip.fratres ṗdi
catores.vbi all.o.
cle.exiui.§. cupiē
tes.i ver. cū qnq̄
annui reddit⁹ in-
tra immobilia cē
seant̄ a iure. Idē
dicēdū in aliqua
pēsione ppetua:ꝛ
qñ sit soluēda pē-
sio. vid ꝺ pulchre
per Bal.i.j.co.in
ver.q̄ro qñ soluē-
da. ꝛ vide gl.in.l.
defūcta.ꝛ ibi Flo.
ff.de vsufru.glo.ꝛ
doct.l.l.diuortio.
§.j.ff.sol.ma.glo.
in.l.q̄ro.§.inter.
ff.loc.ꝛ i.l.sed ad-
b des.§.si quia cum.eo.tit.ꝛ ibi Bar.ꝛ idem Bar.in.l.j.ff. de migrā. ꝛ no.
in.l.edem.C.loca.ꝛ ibi Bar.in.j.q.ꝛ Specu.eo.titu.§. nunc aliqua. ver.
lxxviij. istum ꝛ Moder.in.c.ppter sterilitatē.de loca. ꝛ quid sit pensio.
vide Cardi.post Inn.ꝛ Host.in.c.auaritie.de ṗbē.ꝛ in cle.qi regulares.
§.ea.de sup.neg.ṗla.ꝛ appellatione pēsionis pp:ie cōtinet̄ pēsio vrba-
noꝝ ṗdioꝝ vel edificioꝝ.ita dicit pulchre tex.l.l.apō tal.§.ij.ff.de leg.j.
¶Adde an annui reddit⁹ cōputent̄ inter immobilia. Ro.cōs.ccciī.
Zacharias. ¶Adde ꝙ nō dicat̄ annua pēsio beneficiū:vt per istū no.
Roma.ꝯs.cclvij.ꝛ Cardi.in cle.j.in ṗn.de penis.ꝛ in cle.ij. de ṗbē.doct.
in.c.quesitū.de rerū pmu.ꝛ Cardi.in cle.j.q.ij.e.ti.ꝛ Roma.ꝯs.cccxxxi.
ꝛ an possint cū bñficio pmutari.vide p preall.Card.vbi.ś. ꝛ an dicatur
vacare pēsio si pensionarius pmoueret̄:eundē Card. in cle.j.q.v.ꝛ qd si
pēsionarius impetrat in forma pauperū.q.vij.de sup.neg.prela.
Anto. Fran. ¶Circa istam materiā quid sit pēsio:vnde dicat̄:ꝛ quot
sint eius species:ꝛ an p sacerdotiū vel matrimoniū pensionarij expiret
pēsio:ꝛ an in impetratione in forma pauperū de pēsione sit faciēda mē-
tio:ꝛ an pēsio possit cum beneficio pmutari:vltra no.per Inno. Hosti.
et doc.in.c.auaritie.de ṗbē.hic all.vide do.Card.in cle.quia regulares.
